quas ſuccincte ponā ad inſtructionē iuuenum.Primo q̄ri
tur qd ſit replicatio.Scđo cui competat.Tertio qn̄ cōpe-
tat.Quarto quis ſit eius effect⁹.Quinto qūo tollaꝛ vel vi-
tietur.Sexto que ſit prius ꝓbanda exceptio vel replicatio.
Septimo an ſuper replicatione ſit neceſſario ꝓnuntiāduꝫ.
14 ¶ † Ad primū dicit ꝙ replicatio eſt allega.actoꝛis ꝑ queꝫ
ſoluiꝛ exceptio.inſti.de replic.in prin.vel latius dicendum
ꝙ replicatio eſt verbū actoꝛis per id qđ dicetur.j.vnde re-
plicatio eſt contraria exceptioni quaſi exceptionis exce.ff.
eo.l.aī.ſemper enī obijcitur vt exceptionē purget.ff.eo.l.ij.
§.j.potes ponere exēplū ſupꝛa poſituꝫ de contrario pacto.
Item in terminis.c.accedentib⁹.de priuil.pone queſtioneꝫ
parochialis eccl'ia petit decimas,reus excipit ꝺ priuilegio
qđ habet de decimis non ſoluendis.replicat agens ꝙ p̄ſcri
bit contra priuilegium hoc ꝓbato eliditur exceptio ⁊ obti
15 nebit agens.⁊ idē in ſi.¶ † Ad ſcđꝫ cui cōpetat replicatio,
ptꝫ reſponſio ex predictis qꝛ ↄpetit actoꝛi.vnde dicit lex ꝙ
actoꝛes non muniūt ſuā intentionem exceptionib⁹ q̄ ſunt
reoꝛum ſed replicationibus.C.eo.ti.l.nō exceptionib⁹.Et
ſi dicas ꝙ actoꝛe excipiēte cōtra teſtē ꝑ ꝓbationes rei. ipſe
reus replicat rn̄deꝛ ꝙ re⁹ in eo ꝙ ꝓbat cenſeꝛ actoꝛ.ff.e.l.j.
Vel lex loquiꝛ quo ad exceptiōes ꝑemptoꝛias vel q̄ reſpi
ciūt principale.⁊ ꝑ hoc intellige quare ſupꝛa dictū eſt in dif
finitione primi dubij ꝙ vbū actoꝛis p̄t ibi ſumi largo mō.
16 ¶ † Ad tertiū q̄ſitū qn̄ ↄpetat.ptꝫ rn̄ſio etiā ex p̄dictis.nā
cū veniat cōtra exceptionem ↄpetit cū reus excipit ⁊ non
prius non enī pōt reſolui nec expugnari nondū obiectū.de
deſpō.impu.c.ad diſſoluendū.cū concoꝛ.⁊ ſꝫ hoc erit ꝑpe
tua replicatio ⁊ ↄpetet qn̄cūq̄ excipieꝛ.cuꝫ enī replicatio
17 ſit exceptio,vt.ꝭ.dictū eſt.¶ † Et aīalia ad agēdū ſunt per
petua ad excipiendum,vt.l.pure.§.fi.ff.de do.exce.ergo.re-
plicatio eſt perpetua,dicit tn̄ Jo.an.ꝙ vbi eſſet qd imputā
dum actoꝛi ea rōne qua tꝑe petit actio periret ēt replicatio
cū eadē actiōe.⁊ ſic intelligiꝛ.ff.qn̄ actio de pec.eſt anna.l.q̄
ſitū.⁊ ſic aliud eſt in exceptiōe rei oꝛiginalis.⁊ aliud in exce
ptione actoꝛis q̄ dꝛ replicatio,qꝛ in ptāte actoꝛis eſt agere,
non in ptāte rei.C.de vila.l.ſi qn̄.Si ergo ↄtra exceptionē
rei iudic.replico de appellatione mea quā deſerui vel ꝓſeq
neglexi,ſicut mihi obſta et hoc agēti.ita ob.mihi replicāti
de ap.l.ſepe.⁊ cle.ſi appella.e.ti.hoc verū niſi exceptione pa-
retur mihi aliqua perpetua exceptio puta nullitatis in his
que ſunt poſt illā.de quo legi.⁊ no.in.c.lꝫ.de ſen.exc.lib.vj.
18 ¶ † Venio ad quartū quis ſit replicationis effect⁹ ⁊ dic ꝙ
reſoluit vel expurgat exceptionem,vt.ꝭ.dictum eſt ⁊ ideo
opꝫ ꝙ replicatio ſit talis ꝙ vitiet exceptionem.nam imper
tinēs repelleretꝛ.j.c.dilecti.vel ꝑſonā efficiēs vt ibi.Et ſcias
ꝙ fortı⁹ ſe hꝫ replicatio ad exceptionē q̄ꝫ exceptio ad actio
nem.nam exceptio qn̄q̄ defendit reum ſuꝑ re petita,qn̄q̄
afficit ꝑſonā actoꝛis,qn̄q̄ iudicis,qn̄q̄ teſtis,qn̄q̄ ꝓcura-
toꝛis,qn̄q̄ formā libelli,qn̄q̄ ſcriptū,qn̄q̄ locū,ſed repli-
catio ſemꝑ afficit ipſam exceptionē vt nō proſit excipienti,
vel vt nō noceat replicāti.inſt.de repli.in prin.vide ad hoc
19 qđ no.in.c.ij.de oꝛdi.cog.¶ † Ad quintū quomodo tolla-
tur vel vitietur.dicas ꝙ tollitur per duplicationē rei q̄ ip-
ſam afficit pone exēplū per decre.dudū. de conuer. conin.
duplicatio tollitur per triplicationē ⁊ ſic deinceps.vt.ff.eo.
20 l.ij.⁊ inſti.de repli.poſt prin.¶ † Ad ſextū q̄ ſit prius ꝓbā-
c da[c] an exceptio vel replicatio.de hoc ſatis inſtat Jo.an.hic
poſt Spe.in ti.de exce.⁊ repli.§.fi.vbi de materia inuenies.
Cōcluſio vera eſt ꝙ ſicut reus nō aſtringiꝛ probare perem
ptoꝛiā ſibi cōpetentē niſi ex quo fundata fuit actoꝛis inten
tio quā intēdit ꝑ exceptionē elidere.C.eo.l.ſi quidē.facit ꝙ
legi.⁊ no.in.c.finē.de do.⁊ cōtu.⁊.c.de teſt.ꝭ.de teſti.niſi ſit
dilatoꝛia ſolutionis.de qua dicā.j.eo.c.exceptionē.ita nec
actoꝛ cogiꝛ replicationē ꝓbare niſi ſit probata exceptio rei
quā ipſe actoꝛ intendit per replicationē elidere.⁊ hoc tenet
Spe.in.d.§.fi.poſt prin.poſſet tn̄ replicās ſi vellet prius ꝓ-
bare ar.c.j.de ꝓba.⁊.l.circa.⁊ ꝙ ibi no.ff.de probat.ſed vide
qđ in ſimili dixi in.c.j.de oꝛdi.cog.vbi plene dixi de actiōe.
⁊ exceptione q̄ ſit prius ꝓbanda.ſic dicendū eſt de excep.⁊
21 replica.ideo limita:vt ibi dixi.¶ † Ad ſeptimū ⁊ ad vlti-
mū quo querebatur an ſit neceſſario pronuntiandum ſuper
replica.dicit Jo.and.pōderādū naturam exceptionis con-
tra quā replicaꝛ:qꝛ ſi emergēs quantūcūq̄ ſequaꝛ replica-
tio:duplicatio:triplicatio:quadruplicatio, ⁊ in infinitum
ſatis eſt ꝙ ſuper exceptiōe iſta ꝓnuntietur ſuꝑ qua neceſſe
eſt pronūtiari iuxta ea q̄ dixi,in.c.j.de oꝛ.cog.vbi ſatis expe
diui quid dicatur emergens ⁊ quid incidens:⁊ an ⁊ qn̄ ſit
neceſſe tacite vel expreſſe ſuper eis ꝓnūtiare exēplū huius
dicti excipio teſtē excōicatū.replicas illū abſolutū.duplico
abſoluētē nō habuiſſe poteſtatē abſoluēdi. hoc ipſo quod
iudex pronūtiat teſtem admittendū vel nō admittendum
ſatis ſuper replicatione,⁊ duplicatione pronūtiat.ſi tamen
etiā ſuper his ſpecialiter vellet interloqui non eſſet pecca-
tū.ſi vero exceptio eſt incidens ſuper qua nō eſt neceſſe pro-
nūtiari.ergo nec ſuper replicatione ꝓnūtiabiꝛ exemplum.
excipio de pacto de nō petēdo replicaꝛ ꝺ renūtiatiōe vel cō
trario pacto ſatis eſt vt condēnet iudex vel abſoluat ſuper
principali per qđ erit expedita exceptio ⁊ replicatio:licet ſi
velit etiam ſuper illos ſpecialiter ⁊ pronuntiare poſſit Cō-
cluſio ergo eſt ꝙ ſuper replicatiōe nō eſt neceſſe ſpecialiter
ꝓnūtiare qꝛ ſufficit tacita ꝓnūtiatio que reſultat ex ꝓnun-
tiatione ſuper exceptione vel ſuper ipſo facto principali:
vt patet ex predictis ⁊ his que dixi,in.c.j.de oꝛdi.cogni.

1 ☞ Replicatio paris prima repellit excipientem.
2 Beneficia quis poteſt plura poſſidere in diuerſis eccleſijs
intellige:vt infra nume.7.8.
3 Exceptio alicui⁹ rei non debet opponi ab illo qui in eadē
re laboꝛat.49.
4 Alienans male bona eccleſie:poteſt bona per alium aliena
ta repetere.
5 Beneficiatus pluribus beneficijs vtrum poſſit opponere
⁊ quo nomine contra aliquem querentem plura beneficia.
Exceptio tu habes vel queris plura beneficia:an poſſit obij
ci per illum qui etiam habet plura beneficia.10.11.
6 Collatio beneficij facta ex certa ſcientia licet excludat ſurre
reptionem tamen non includit diſpenſationem: videlicet
ꝙ papa velit cum eo diſpenſare.
8 Iudex poteſt ex officio libellū lacerare ſi videt ius non cō-
petere actoꝛi:maxime in ſpiritualibus:in quibus regulari-
ter iudex ſupp.ex officio.
9 Criminoſus nō dꝫ opponere in aliū id in quo ipſe verſaꝛ.
Exceptio non debet opponi ab illo qui poſſet eadem exce
ptione repelli.
12 Habere plura beneficia an ſit peccatum.
13 Rei voluntarij equiparantur actoꝛibus in multis caſibus.
14 Accuſatoꝛ illegitimus non admittitur ad accuſandum.
15 Exceptio famoſa vel de iure cōmuni notoꝛia admittiꝛ con
tra illum cui de beneficio eſt prouiſum.

1 Cum eccleſiaſtice. ¶ † Ha-
bens plu
ra bn̄ficia cōtra aliū de pluralitate non excipit
ita ſummat Jo.an.hec ſummatio eſt multū ge-
neralis cōuenit tn̄ litere in gn̄e:alij ſummāt ſic. Reus non
neceſſarius ab exceptione repelliꝛ ꝑ replicationē paris cri-
minis vel obiecti.poſſet aliter ſummari ⁊ intelligi:vt.j.pa-
tebit.Eſt enī hec decre.difficilis quo ad intellectū ⁊ adhuc
redditꝛ magis difficilis ꝓpter dicta doc.Diuiditꝛ in duas ꝑ
tes.In prima ponit deciſum exoꝛdium In ſcđa mādatuꝫ.
ibi:mādam⁹.¶ Caſus l'ralis.Quidā Jacobus noīe fuit in
ueſtitus ꝑ dn̄m papā de q̄dā p̄benda vacante in nouarienſi
eccl'ie de mādato ipſius in coꝛpalē poſſeſſionē ipſius p̄bēde
inductus

induct⁹:quã nõ permittebãt eũ nonarĩẽſes canonici poſſi-
dere. Hoc ꝓpoſuit Iac. predictus in pñtia pape. ecõtrario
pars capituli exceptionẽ quãdam ꝓpoſuit ꝯ ipſum videli
cet ꝙ in alia eccl'ia bñficiũ obtinebat. ille replicauit cõtra
eos ꝙ ⁊ ipſi plura bñficia in pluribus eccl'ijs obtinerẽt. In
no. cognita ⁊veritate mãdat laudicẽſi epo quaten⁹ dictum
Iac. faciat ꝑbẽde illi⁹ pacifica poſſeſſiõe gaudere: de qua
fuit p. C. ꝑdeceſſorẽ noſtrũ inueſtit⁹ nõ obſtãte exceptiõe
predictã quã nõ poſſunt ei obijcere: cũ ⁊ ipſi varia bñficia
in diuerſis eccleſijs habere noſcunt. ber. ¶ No. ar. ꝙ per in
a ueſtiturã[a] factã in abſentia bñficij nõ acqritur illi⁹ beneficij
poſſeſſio de quo dic: vt no. in. c. trãſmiſſam. de ele. ⁊. c. ij. de
2 cõſue. ¶ † No. ij. quẽ poſſe eſſe niuralẽ in diuerſis eccleſijs.
qđ intellige iuxta no. in. c. gratia. de reſc. lib. vj. ⁊ cle. gratie.
3 eo. ti. ¶ † No. iij. quẽ nõ poſſe reprehẽdere in alterius pſo-
na qđ in ſua putat equũ. xxxij. q. vj. c. nihil. cũ tribus ſeq. ⁊
4 xxv. diſt. c. ſi. ⁊. iij. q. vij. iudicet. ¶ † Opp. ꝯ tex. videt' em ꝙ
ꝯ ipſum pñt plurales excipere ſaltẽ noĩe eccl'ie. argu. in. c. ſi
qs preſbyterorũ. ⁊ qđ ibi no. de reb. eccle. nõ alie. vbi pꝫ ꝙ
etiã is q male alienat põt noĩe eccl'ie male alienata repete
re. Itẽ pretextu criminis vel excõicatiõis nõ repellit qs a
defenſione eccl'ie ſue: vt in. c. dilecti. j. eo. Itẽ ſaltẽ ſi debuiſ
ſent plurales admitti volẽtes excipere ꝯ iſtũ impetrãtem.
ſol. ꝑpter hec ꝯria ⁊ ſimilia legit hoc. c. multipliciter. in gl.
⁊ extra glo. Et diuide hanc gl. in tres partes. In prima po
nit opi. Uin. In ſecunda opi. Tan. ⁊ Io. illi cõtrariã. In
tertia gl. approbat opi. Uin. ⁊ rñdet ad aliqua motiua. In
cõtrariũ. ſcđa ibi. Tan. ⁊ Ioã. tertia ibi: mihi videt. vt cla-
5 rius habeas gl. recitabo eã cõcluſiue. ¶ † Uin. fuit in opi.
vt plurales in bñficijs admittant ad cõtradicendũ nomi-
ne eccl'ie ⁊ non ꝓprio. non plurales vero admittant ad ꝯdi
cendũ noĩe ꝓprio ⁊ noĩe eccl'ie. Ad iſtũ tex. rñdet duplici-
ter ⁊ primo non fuerũt admiſſi iſti noĩe eccleſie quia papa
Celeſtinus ex certa ſcientia iſti ꝓuiderat. i. ſciẽs eſt habere
alia beneficia. ⁊ ex hac ſolutione colligitur prima lectu.
6 ¶ † Sed ꝯ hunc intellectũ facit q: collatio ex certa ſciẽtia
facta: lꝫ excludat ſurreptionem: nõ tñ inducit diſpenſatio
nẽ circa pluralitatẽ. iuxta ea que no. in cle. ſi romanus. de
preben. ⁊ in. c. ſi motu proprio. e. ti. ⁊ melius in. c. nõ poteſt.
hic aũt obijciebat de ſurreptiõe: ſꝫ ꝙ obtinebat beneficiũ
in alia eccl'ia. ¶ Itẽ hec lectu. glo. diuinat ad text. nec tex.
fundat ſe iſta rõne ſed ꝙ iſti obijciẽtes laborabant eodem
morbo ideo forte gl. trãſit ad ſecũdã lec. dicens ꝙ ideo nõ
fuit hec exceptio admiſſa: q: iſte iam erat ꝯfirmatus ⁊ poſ
ſeſſionẽ bñficij adeptus. ⁊ ſic non habebat exceptio. cũ nil
iuris iſte nũc peteret. ſꝫ qd facti vt libere poſſideret. p hoc
c. cõſtitutus. ⁊ qđ ibi no. j. de ap. ⁊ hec lec. corruit vt prece-
dẽs. diuinat em̃: nec tex. ſup ea ſe fundat. ex rõne qm̃ depre
hendim⁹ mẽtẽ diſponẽtis. j. de ver. ſign. intelligẽtia. ⁊. l. cũ
pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. ij. ¶ Io. ⁊ Tan. fuerũt in cõ-
traria opi. Uin. dicẽtes ꝙ nec noĩe eccleſie nec noĩe ꝓprio
pñt canonici opponere etiã illi q nõ habẽt plura bñficia:
tũ q: nõ verſat dãnũ eccl'ie: tũ q: vtile eſt ei habere plures
7 bñficiatos. ⁊ dic latius vt in gl. ¶ † Sed cõtra hãc opi. fa
cit q: pluralis in beneficijs nõ poterit ita bñ ſeruire eccl'ie
ſicut ſi haberet vnũ bñficiũ tantũ: vt patet in. c. q: nõnulli.
de cle. nõ reſi. ⁊. c. relatũ. eo. tit. Item eſt ꝯ eccl'e vniuerſalis
vtilitatẽ: vt in. c. q: intãtũ. de preb. ⁊. c. ad aures. đ reſcr. ⁊ ſic
p hanc opi. non ſolueret ꝯrium: facit qđ leg. ⁊ no. in. c. ſi. de
reſcr. li. vj. ⁊ p Io. de lig. ⁊ in cle. gratie. e. tit. vbi ꝓbat qđ lꝫ
exigere beneficiũ p ſingularẽ clericũ: facit. c. ꝯquerente. de
cle. nõ reſi. Itẽ ꝯtra hãc opi. Tanc. ⁊ Ioã. facit iſta litera a
ꝯrio ſenſu que innuit nõ plurales in bñficijs admittẽdos
⁊ ſic hec tertia lec. nõ procedit. Ber. approbat opi. Uin. vt
ſaltẽ illi qui nõ habẽt plura bñficia admittant alij vero nõ
niſi noĩe eccl'ie. ⁊ vide motiua ſua in gl. ⁊ ſaluãdo hanc lec.
poſſet dici ad iſtũ tex. ꝙ iſti nõ fuerũt admiſſi: q: propone
8 bãt ſe noĩe ꝓprio nõ aũt eccl'ie. ¶ † Sꝫ ꝯ hũc itellectũ op-
poni. ſic. ſi hoc in ſe erat illicitũ debebãt ſaltẽ papa ex ſuo
officio hũc repellere: arg. eius qđ no. Inn. c. j. de offi. vic. ⁊
xi. q. j. ſacerdotib⁹. vbi colligit iudicẽ debere ex officio ſuo
libellũ lacerare ſi videt ius non cõpetere actori maxime in
iſtis ſpũalibus in quibus regulariter ſupplet ex officio: vt
in. c. cũ nobis. ⁊. c. cũ delicti. de elect. ⁊. c. cũ veniſſent. in ſi. de
inſti. ſaluãdo hũc intellectũ poſſet ſic rñderi ꝙ hic nõ ꝯſta
bat ꝙ pluralitas eſſet illicita. nã in multis caſib⁹ licitũ eſt
habere plura beneficia cõpatibilia. iuxta no. in. c. dudũ. el
ij. de ele. ⁊. c. gratia. de reſcr. lib. vj. ⁊ p Inn. in. c. iamdudũ.
de prebẽ. de quo papa noluit nũc inueſtigationẽ ſumere ꝯ
iſtos ſe opponẽtes ſꝫ excludere ex gñali rõne: q: nõ debẽt

reputare reprehẽſibile ⁊ illicitum in pſonis alioꝝ qđ in ſe
putãt. licitũ ⁊ honeſtũ. xxxij. q. vj. nihil iniquius. cum trib⁹
ſeq. ⁊ qđ quiſqꝫ iuris in alterũ ſtatuit ipſe debet vti eo. ff. ꝙ
9 quiſqꝫ iuris. l. iij. ⁊. c. cũ oẽs. de cõſti. ¶ † Et p illũ tex. ⁊ pre
dicta ampliãdo hanc lec. ponerẽ quartũ ꝙ nec noĩe ꝓprio
nec noĩe eccleſie iſti plures debẽt admitti ad opponẽdum
ꝯ pſonã. nõ dico cõtra reſcriptũ. Et idẽ etiã dicerem cõtra
reſcriptũ ſi ipſi eodẽ morbo laborarẽt noĩe ꝓprio non per
ſupradicta: nec noĩe eccleſie etiã ſi vtilitas eccleſie verſare-
tur: q: non videntur moueri bono zelo: nõ em̃ debet etiam
noĩe eccl'ie reputare iniquũ in alioꝝ pſonis ꝙ in perſonis
b proprijs reputãt equũ:[b] vt ꝓbat in. d. c. cũ oẽs. ꝑm vnã lec.
cõmuniter ibi approbatã. debẽt em̃ iſti a ſe incipere. arg. in
l. ſi pupilli. ff. de neg. geſt. ⁊ põt eis dici eijce trabẽ de oculo
tuo ⁊c. iij. q. vij. §. itẽ i euãgelio. ⁊ alibi. Iudicet ille de alioꝝ
errore qui non agit eadẽ q̃ in alio deputauerit puniẽda. iij.
q. vij. iudicet. ⁊. c. poſtulatus ⁊ hunc puto verũ intellectũ. c.
Nec ob. ſi dicat criminoſum poſſe defendere eccleſiã vt in
ꝯriũ. hoc em̃ fateor niſi ſequat illud abſurdũ vt in alijs di-
cãt iniuſtum qđ in ſe putãt iuſtũ: tũc em̃ tanqꝫ cõtrarius ⁊
nõ bono zelo motus non debet admitti. arg. in. c. ſolicitudi
nẽ in fin. de appel. ⁊. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. alij ꝯo
nõ plurales admitterent: q: ceſſat in eis hec ratio ſup qua
ſe fundat litera. Ex his habetur nota. limitatio ad cõtra-
ria ſuperi⁹ allegata ⁊ litera iſta nullã patit violentiã etiam
10 a ꝯtrario ſenſu. ¶ † Uel dic qđ iſti canonici excipiẽdo de
pluralitate certabant de lucro captãdo vt. ſ. haberent pin-
guiores portiones: ideo repellũtur per replicationẽ paris
delicti. ſic iudicio meo videt ſenſiſſe Bar. allegando hunc
tex. in. l. cũ mulier. ff. ſolu. mat. p hoc facit ille text. ⁊ quod
c plene dixi i. c. dilecti. j. e. Põt etiã dici[c] ꝙ iſti canonici plu
rales ꝯmiſerunt ꝯ legẽ dãnãtẽ pluralitatẽ ex qua cõpete-
bat eis exceptio merito repellunt ab hac exceptiõe: fruſtra
auxilium legis inuocat qui ꝯmittit in legẽ: vt in. c. fruſtra.
de vſu. facit. xxvj. diſt. c. vna. ⁊ hunc itellectũ ad iſtũ tex. re-
perio ſenſiſſe Inn. in. c. intelleximus. de adulte. ⁊ habes in
his multa vltra alios. Et hec clariſſime ſufficiãt ad intel-
lectũ. c. Sed ne deficiãt dicta antiquorũ ea recitabo maxi-
11 me q: egẽt declaratiõe cũ cõfuſe p alios recitent. ¶ † Inn.
ponit quintã lec. dicẽs qđ ſi reſcriptũ peccat in ſurreptio-
ne: puta q: nõ fecit mẽtionẽ de alijs beneficijs nec ex certa
ſciẽtia papa ꝯtulit: quilibet etiã habens plura bñficia po-
d terit excipere q: nũc nõ excipit cõtra pſonã[d] ſꝫ ꝯ reſcriptũ
quod ſumit vires ex intẽtione cõcedẽtis. de verb. ſign. c. di
lecto. de intẽtione autem pape nõ eſt ꝓuideri ei qui habet
aliud beneficium de illo non habita mentione. de reſcri. c.
ſi proponente. ⁊ melius in. c. ſi motu proprio. de prebẽ. li. vj.
ego hoc puto verum niſi vt dixi iſti excipientes laborarẽt
eodẽ morbo. Si vero reſcriptũ nõ peccat in ſurreptiõe ita
ꝙ nunc excipitur duntaxat cõtra perſonã, ſcꝫ ꝙ non poteſt
plura beneficia ſimul obtinere: ⁊ tũc ſi nõ vertitur in dam-
num eccleſie non poteſt agi noĩe eccleſie ſecus ſi verteretur
dãnuꝫ: puta q: propter paupertatem prebẽdarũ deſeritur
eccleſie: tũc em̃ quilibet ꝯtra eum ageret etiã alijs inuitis.
Itẽ quilibet admitteretur ſi ſuum ſpeciale intereſſe proſe-
queretur etiã ceteris inuitis. ff. de procu. l. licet. puta ſi ſua
prebenda ſpecialis ex hoc diminueretur. ſecus ſi verſaret
ad intereſſe cõmune: vt ſi diceret minorẽ prebendam habe
bo ſi iſte reciperet. forte enim oĩa ſunt in cõi ⁊ in fine anni
12 redditus diuiduntur inter canonicos. ¶ † Ratio aũt qua
re admittunt ꝯtra reſcriptũ indiſtincte ⁊ nõ cõtra perſonã
eſt ꝑm Inn. q: hoc vltimo caſu nõ verſat peccatũ cũ nõ ſit
peccatuꝫ habere plura beneficia iuxta no. plenius p eũ i. c.
cũ iãdudũ. Et circa hoc inſtabit hic Inn. ⁊ certe licet iſta
videant exquiſita nõ tñ ꝯueniũt licere que nullatenus iſta
cõſiderauit: ſed fundauit ſe ſuper alia rõne: vt. ſ. dixi. Hoſt.
tenet hic pluralitatẽ beneficioꝝ eſſe peccatũ. ⁊ ad iſtũ tex.
đt qđ papa ꝓuidere ex certa ſciẽtia: ſꝫ circa hec dic vt dixi
ſ. ⁊ an ſit peccatũ collige ex notatis in. d. c. gr̃a ⁊ cle. gr̃a. ⁊
13 c. cũ iãdudũ ꝑal. ¶ † Sextam lec. ſentit Io. an. ſ. c. proxi. ⁊
latius attingit eã hic do. Car. lꝫ do. Ioã. an. non facit mẽ-
tionẽ dicẽs ꝙ iſti opponẽtes erãt rei voluntarij. ⁊ ſic nõ de
bebãt admitti niſi pri⁹ legitimarẽt eoꝝ pſonas. cũ in mul
tis cõueniãt cũ actoribus iuxta not. in. c. ſuper eo. de elect.
14 ¶ † Illegitimus aũt accuſator non debet admitti. de acc.
c. j. ſec⁹ aũt ſi eſſent rei neceſſarij: q: tũc admitterent ad de-
fenſionẽ eccleſie. ⁊ ſic intelligatur. j. e. c. delicti. ꝙ dixi in cõ-
trario: hec lec. mihi nõ placet: q: ſi verſatur damnũ vel vtili
tas eccleſie: nũqꝫ canonici dicunt rei voluntarij cũ teneant
defendere iura eccleſie ⁊ eoꝝ etiã intereſſe ne eccleſia eoꝝ

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Per inueſtitu
rã. Uide Bal. in
rub. C. de ꝯhen.
empt. in. xvij. qđ.
Alex. late. i. l. iij.
in prin. colũ. v. ff.
de acqui. poſſ.
b ¶ Reputant e-
quũ. Põdera ẽt
l. ſi qs in graui. §.
hi quoqꝫ. ff. ad ſil
laia. vbi ĩhabilis
fauore Reipu. cẽ
ſetur habilis. Et
ita dicam⁹ in ca-
ſu noſtro: ⁊ p con
ſequẽs non pro-
cedat iſta deciſio.
põdera iſta. An
dre. Barb.
c ¶ Dici. põdera
ſi poſſet dari alia
lectura, vt dica-
m⁹ ꝙ vbi excipi-
ens eſt grauioris
defect⁹, q̃ ſit ad
uerſarius, ꝙ nõ
poſſit illũ repel-
lere. ⁊ facit illud
quod in Euang.
de hñte trabẽ in
oculo ſuo, ⁊ re-
darguit feſtucaꝫ
in oculo fratris
ſui. iij. q. vij. §. iteꝫ
cũ in Euãgelio.
Nõ ob: hic ꝙ il-
li oppoſuerũt il-
lum habere bñfi-
cium in alia ec-
cleſia, ⁊ cõtra eos
fuit replicatũ ꝙ
in diuerſis eccle-
ſijs habebãt va-
ria beneficia. Si-
mile ꝙ habetur i
aut. qũo opꝫ epi.
§. hec de deo. qñ
mulier contraxit
ter matrimoniũ,
non dicitur caſte
viuere.
Sebaſti. Sapia.
d ¶ Cõtra pſonã.
Celebrat dictum
Inn. hic, qđ re-
ſcriptũ cõſideraſ
ſecundum inten
tionẽ cõcedẽtis:
vt p Bal. in. l. re-
ſcripta. col. peñ.
C. đ pci. impe. of.
⁊ and. ſiculi. i cõſ.
xiij. colũ. ix. in. ij.
vol. ⁊ inter conſi.
Alexã. in conſil.
cxxiij. ſcripſit ec-
cleſiaſtes. char.
vlti. in. v. volu.

depauperet, vt no. ſentit Inn. in. c. ſuper his. de accu. ⁊ qđ
no. ȷ. e. c. dilecti. Tene ergo quartā lec. contra quā ⁊ contra
tex. a cōtrario oppo. videt̃ em̄ ꝙ nō plurales non deberēt
admitti ad excipiēdū cū iſte iā eſſet inueſtitus, ſed opus eſ
ſet agere non autem excipere. vt plene no. in. d. c. conſtitu-
tus. de appel. ⁊ facit qđ legi. ⁊ not. in. c. accedens. ȷ. de accu.
Sol. dicit Inno. contrarium nō ꝓcedere cū excipit̃ ꝙ per
obꝛeptionem impetrauit, vt no. in. c. cū olim. de do. ⁊ cōtu.
de cau. poſ. ⁊ ꝓpꝛie. c. cū olim. Hec ſol. eſt bona in ſe, nā tūc
negatur ius pꝛoꝛſus competere inſtituto, ſed in caſu nr̃o
non ꝓcedit, q̄ꝛ hic non opponebat̃ cōtra reſcriptū ſed con
tra perſonam, ⁊ ipſemet Inn. s̄. voluit vnde pōt dici quod
hec exceptio pōt admitti eo caſu quo de iure admitti pōt
vt puta ſi tale erat beneficium qđ de iure non poterat cum
15 ſecundo retineri. ¶ † Si enim admittitur exceptio famo
ſa contra pꝛouiſum, vt. d. c. accedens. multo foꝛti⁹ exceptio
de iure communi notoꝛia. ar. c. ȷ. de offi. vic. ⁊ quod ibi not.
⁊. c. ad decimas. de reſti. ſpo. lib. vȷ.

1 ☞ Exceptiones dilatoꝛie non poſſunt opponi poſt ela-
pſum terminum datū a iudice, niſi in caſibus expꝛeſſis in
textu. ⁊ in nu. 4.

2 Exceptiones dilatoꝛie poſſunt opponi vſq; ad litis conte
ſta. de iure. 5.

Iudex poteſt terminum a iure ſtatutū abꝛeuiare ſi ſibi vi
debitur.

3 Dictio extunc, denotat extremitatem tempoꝛis.

Terminus pꝛefixus ad aliquid faciendum in dubio pꝛe-
ſumitur peremptoꝛius.

Terminus an ⁊ quando debeat eſſe peremptoꝛius vel tri-
nus. vide remiſſiue.

Quid iuris erit ſi vltima dies termini erit feriata.

4 Exceptiones pemptoꝛie pn̄t de iure opponi vſq; ad con-
cluſionē in cā. ſ; qd ſi ad eas opponēdas fuit ſtatut⁹ p iudi
cē termin⁹ an eo elapſo poterūt opponi. vide hic plene. 9.

6 Utrū ſtetur iuramento partis dicentis ꝙ poſt terminum
peruenit ad notitiam ſuam exceptio peremptoꝛia, vel di-
latoꝛia quam vult opponere. 8.

Reſtitutio in integrū non habet locum in criminalibus.

Iuramentū nō eſt deferendū illi qui eſt ſuſpect⁹ deierare.

7 Notoꝛiū vel publicum pꝛeſumitur ꝙ quis ſciat niſi ille pꝛo
bet ſe in tali loco fuiſſe ꝙ veriſimiliter potuit ignoꝛare.

8 Ignoꝛantia pꝛeſumitur, niſi pꝛobetur ſcientia.

9 Exceptiones peremptoꝛie poſſunt opponi vſq; ad con-
cluſionem in cauſa, nec debet pꝛefigi terminus ad ipſas ꝓ
ponendas ſine cauſe cognitione.

10 Poſt terminum elapſum ad opponendas dilatoꝛias poſ
ſunt opponi exceptiones mixte.

Exceptiones mixte poſſunt opponi poſt litem conteſta-
tam indiſtincte.

11 Exceptio dilatoꝛia oꝛta poſt concluſionem in cauſa non
poteſt amplius opponi.

Poſt concluſionem in cauſa non admittuntur nec pꝛoba
tiones nec allegationes cōſiſtētes aut in facto aut in iure.

12 Exceptio excōmunicationis poteſt dilatoꝛie opponi etiā
poſt terminum.

13 Iudex de cuius incōpetentia eſt oppoſitū, nō poteſt ſe in
cauſa intromittere donec de ſua iuriſditione ſit iudicatū
⁊ interim ſuper illa cauſa non eſt ei parendum.

14 Exceptio tu nō eras iudex, an poſſit opponi elapſo ter-
mino quē talis iudex dederat ad ꝓbādū, ⁊ nil fuit ꝓbatū.

15 Pꝛefixio termini habet vim litis conteſtationis.

Terminus hominis ſurrogatus in locum termini iuris,
cenſetur idem cum termino iuris.

16 Incōpetētia iudicis pōt allegari etiā poſt ſententiam.

Litigās coꝛā iudice nō ſuo an cenſeatur in ipſum cōſenti-
re adeo ꝙ non poſſit ipſius incompetentiam allegare.

17 Exceptio dilatoꝛia quando poſt terminum opponitur,
que foꝛma ſpectatur.

18 Exceptiones dilatoꝛie vtrum indiſtincte non opponātur
poſt terminum.

19 Exceptiones cōtrarie an poſſunt vno ⁊ eodē tpe opponi.

20 Terminus datus a iudice ad excipiendum ſi ſit elapſus,
an perdatur facultas excipiendi vel agendi.

21 Exceptio dilatoꝛia oꝛta poſt litem conteſtatam ⁊ poſt ter
minum datum a iudice poteſt opponi.

22 Exceptio dilatoꝛia oꝛta poſt terminum datum a iudice vel
veniens ad notitiam partis poſt litis conteſt. nunquid in
diſtincte admittatur. 23.

24 Terminus datus reo ad reſpondendum an velit cedere,
vel contendere, quo caſu extendatur vt in eodem termino
reus opponat dilatoꝛias: al's vlterius non audiatur.

25 Citatio cum tenoꝛe libelli debet cōtinere terminū vt reus
veniat ad rn̄dendū libello ⁊ ad dilatoꝛias pꝛoponēdum.

26 Terminus ad opponendum dilatoꝛias datur reo ad inſtā
tiam actoꝛis, vel ex officio ipſius iudicis.

27 Terminus ad dilatoꝛias opponendas eſt in iudicis arbi
trio, vel in elongando vel bꝛeuiando.

28 Terminus ad opponendas dilatoꝛias an indiſtincte ſit
pꝛefigendus tam ſm̄ ius canonicum q̄ ſm̄ ius ciuile.

29 Exceptio dilatoꝛia non oppoſita in cauſa pꝛincipali: non
poteſt opponi in cauſa appellationis.

30 Appellatio reſtituit appellātem ad eum ſtatutum in quo
cauſa fuit poſt litem conteſtatam: ſecus ante.

Terminus datus ad dilatoꝛias opponendas habet vim
lit. conteſtationis.

31 Iudex poteſt opponere dilatoꝛias poſt lapſum terminū
ex officio ſuo in caſibus in quibus pōt ex officio ſupplere.

Termini iudiciales licet excludāt partem non tamen ex-
cludunt iudicem.

Exceptio dilatoꝛia que poſt lapſum terminum nō poteſt
opponi poteſt tamen pꝛius oppoſita declarari.

Declarare non eſt aliquid de nouo adducere vel facere.

a 1 **Paſtoꝛalis.** [a] ¶ † Iudex ſtatuere d;
terminū ad oēs dilato-
rias pꝛoponēdas: poſt quē excipiētē nō audiet
niſi in tribus caſibus hic excep. Diuidit̃: nā pꝛi
mo ponit̃ deciſa ꝯſultatio. In ſcđa rn̄ſio. in qua duo facit.
Pꝛimo ponit decretū ⁊ ipſius cauſam. Scđa penā ⁊ tres
caſus exceptos ibi itaq;. ¶ Caſus literalis. Quidā mali-
tioſe dilatoꝛias exceptiōes ꝓponebāt vt cauſarum termi-
natio differret̃. Ad iſtoꝛū malitiā cōuincēdā ſtatuit papa
vt intra certū tēpus aſſignādum a iudice oēs dilatoꝛie ex-
ceptiones ꝓponant̃: ita qđ ſi partes poſt terminū aliquas
voluerint ꝓponere quas in terminū non fuerint ꝓteſtate
nulla ten⁹ audiātur niſi de nouo poſt terminū extoꝛte fue
rint vel niſi ille qui eā opponere voluerit fidē faciat iuramē
to ſe poſt terminū ad illi⁹ notitiā ꝑueniſſe. Ber. ¶ No. ibi:
inq̄ſitiōi. iūcto ver. decernim⁹ qđ q̄n̄q; ad inq̄ſitionē ali-
cuius papa edit ius de nouo. qđ intellige q̄n̄ cōſtitutio nō
venit ī ꝑiudiciū cauſe ꝑcedētis. Nec ob. qđ habet̃ in aut̃. vt
facte noue ꝯſtitutiōes. facit ad pꝛimū dictū. c. paſtoꝛalis.
in pꝛin. de reſcri. ſic limita qđ no. in. c. cōſultatiōi. de temp.
2 oꝛdi. ⁊. c. ex tua. de fi. ꝑſbi. ¶ † Not. ꝑ. ar. opti. iudicē [b] poſſe
b ex cauſa abbꝛeuiare terminū a iure ſtatutū ſine hoīs miniſte
rio. nā ad ꝓponēdas dilatoꝛias ius ꝑfigit terminū lit. ꝯte.
vt in. c. inter monaſteriū. ȷ. de re iud. ⁊. C. de exce. l. fi. ⁊ tn̄ iu-
dex pōt abbꝛeuiare: vt hic ad hoc adducit iſtum tex. Bar.
in. l. ij. ff. de re iu. Iſte tn̄ tex. poſſet adduci ī ꝯtrariū: q̄ꝛ hoc fa-
cit iudex autoꝛitate hui⁹ ꝯſtitutiōis: vt pt; ibi decernim⁹.
⁊ de materia vide qđ no. in. c. cū ſit romana. de apel. vbi la-
3 tius dicā. ¶ † Nā ibi, extūc. de hac dictione extūc, [c] deno-
c tat em̄ extremitatē tp̄is ⁊ dic ex tūc, id eſt poſt terminū la-
pſum. Et ex hoc no. ꝙ termin⁹ pꝛefix⁹ ad aliq̄d faciēdū in
telligit̃ in dubio perēptoꝛi⁹: niſi aliud ī iurie expꝛimat̃. qđ
tenet hic Hoſt. alleg. decre. cōſuluit. de offi. delega. ⁊ vide
bo. gl. in cle. ȷ. eo. ti. in ver. peremptoꝛio. Idē Guil. in Spe.
de dila. §. ȷ. ver. exceptoꝛie. ⁊ ver. ſeq. vbi etiā tractat q̄d iu-
d ris ſi dies vltima termini ſit feriata. [d] vide bonā glo. in. c. ȷ.
de dolo ⁊ cōtu. lib. vi. que ſentit ꝙ ſi in iure vel alia diſpoſi
tiōe nō fit mētio de termino intelligit̃ de ſimplici termino
vnde non eſt neceſſe: ꝙ ſtatuat̃ perēptoꝛie. Et regulariter
an ⁊ quando terminus debet eſſe peremptoꝛius ſeu trin⁹.
vide qđ plene no. in. c. cōſuluit. de offi. dele. ⁊. c. ad petitio-
nē. ȷ. de acc. ſatis p Inno. ⁊ do. de Ro. deci. xxix. ⁊. ccxlviij.
⁊ per Bar. in. l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dā. infecc. ⁊. l. man-
cipioꝛū. de opti leg. vide text. cum ibi no. in. l. fi. ff. de ſerui.
4 ¶ † No. regulam, ⁊ tres caſus exceptos a regula. Regula
em̄ eſt qđ poſt terminū lapſum pars nullatenus d; audiri
volens pꝛoponere dilatoꝛias. Fallit pꝛimo ſi pars fuit ꝓte
ſtata in termino qđ intellige: vt in gl. iij. Secundo ſi de no-
uo exceptio ſit oꝛta. Tertio ſi pꝛius erat oꝛta de nouo ve-
nit ad notitiā rei. Adde quartū caſum ſi de nouo ſupuenit
facultas ꝓbādi ea q̄ oꝛta erāt tēpoꝛe termini ſeu dilatiōis.
paria em̄ iſta ſunt. ſ. ꝙ de nouo ſciat̃ vl' ſupueniat ꝓbandi
facultas: vt ꝓbat̃, ī. c. vt circa. de ele. lib. vȷ. ita ſentit Pau.
de lea. in cle. ꝯſtitutionē. de ele. Adde quintū cū vult ꝓpo
nere exceptionē illi ꝯtrariā quā pꝛimo ꝓpoſuit: q̄ꝛ nō potuit
a pꝛincipio ſimul exceptiōes ꝯtrias ꝓponere ita no. dixit gl.
in. c. cū dilect⁹. de reli. do. ⁊. xiij. q. ij. §. ȷ. ✠. ad hoc. in gl. in ✠.
aſſeritis. ⁊ hic ⁊ de hoc lati⁹ cū gl. ¶ His nota. expeditis
aſſumam

a ¶ Pꝛo intelle-
ctu huius decre
talis vide q̄ late
⁊ elegāter ſcribit
domi. Ant. in. c.
itē cū q̄s. ī. l. iij. ⁊
iiij. col. de reſtitu.
ſpol. ⁊ Bar. in. l.
ȷ. §. ⁊ pui. ff. qđ vi
aut clā. Item vi-
de q̄ late ſcribit
do. Anto. in. c. l;
cā̄m. in. iiij. ⁊. v. co
lum. s̄. de pꝛoba.
⁊ quod ibi late
ſcribit Imola. in
l. q̄din. la vlti-
ma. ff. de acquir.
hered.
☞ Sebaſti. Sapia.

b ¶ Iudicē. Uide
Abb. in conſi. xl.
incip. venio. in. ȷ.
volu. Ro. conſi.
cccexcvij. volu. ȷ.
☞ Sebaſti. Sapia.

c ¶ Extūc. Uide
Roma. in conſi.
cxxxi. inci. pꝛima
dubitatio. ⁊ ī cō
ſil. cxxxviij. inci.
noua ſupuenit. ⁊
Deci. in conſil.
lxiij. in. ȷ. col. ⁊ in
cōſi. lxxxix. ī. iiij.
col. ⁊ in cōſil. xc.
col. penul.

d ¶ Et de hoc vi-
de p Pe. de an-
ch. in. c. frequēs.
de reſtit. ſpo. lib.
vȷ. ⁊ per Bal. in
l. ij. ad fin. de tēp.
app. ⁊ do. Ant.
hic in. iij. co. ver.
q̄nero tertio.

a ¶ Perēptorijs. Et de hoc p Ange.in.l.ſi ea.C. q accu.nō poſ.ſed p gl.hic vide gl. in ver.libere.i.c. ordinarij.de offi. or.li.vj.ſed adde qđ not.poſt do. Ant.in.c.lʒ cām. ſ.de pba.in.iiij. col.ꝛ ad hoc vide gl.in ver.partes.ꝛ ibi Jmo.in cle.ſepe.de verb. ſign.et ꝙ iſta decre.non habeat locū in perēptorijs,tʒ Jmol.in l.ꝗdiu.in princ. in.vj.co.ff.de acquir.here.ꝛ alle. Cōpoſ.in.d.c.ſicut.ꝛ vide Ang. in.l.perēptorias ad fin.C.ſent.reſcin.non poſ.ꝛ in l.j.C.de re iu.vbi đt ꝙ perēptoria ſupueniens poſt ſnīam pōt opponi,ſʒ credo ꝙ velit dicere qđ caſus illi⁹.l.ſit ſpālis.Jtem de iſto art.vide etiam p Bal.in addi.ad Bart.in.l.j.ff.de excep.

¶ Adde quod Ro.ſin.ſuis fol. viij.dicit ſicut declinatoria ſuperueniens pōt opponi poſt lit.cōteſta.ita poſt cōcluſionem in ca.

zacharias.

¶ Adde qđ voluit allegare no. Ro.nu.cccliiij. qđ incip.tu ſcis qđ exceptio declinatoria p quo dicto adde text. in.l.elegāter.§.ſi qs poſt.ff.de cōdi.inde.ꝛ in.c.inſinuante.ſ.de offi.deleg.Jo.and. ſingulariter,in.c. auditis.ſ.de procu.qđ ad hoc refert Ro.vbi.ſ.ꝛ Lāfran.in cle.ſepe.nu.13.verſi.ex hoc ſequit.ꝛ ibi apoſtil.Celſi.iin ver.poſt litis cōteſt.de verb.ſign. Anto.Franciſc.

¶ Circa hoc an exceptio peremptoria ſuperueniēs poſt terminū poſſit opponi.vide Card.in cle.cōſtitutionē. b

aſſumā primo gl.ꝛ poſtea expediā aliqua dicta doc.que nō poterunt ad glo.cōmode applicari.
5 ¶ † Quero ergo primo an diſpō hui⁹.c.habeat
a locum in peremptorijs.a Gl.j.dicit ꝙ non.Aduerte gl.pōt intelligi dupliciter.Primo ꝙ ſtatuto termino ad ꝓponendas dilatorias nihil ob. qn poſt terminū poſſit ꝓponi perēptorie,ꝛ iſte intellectus nō hʒ dubitationē maxime,qꝛ perēptorie ꝓponunť poſt lit.conte.ꝛ nō añ:vt in.c.j. ꝛ.ij.vt lit.cōte.li.vj.ꝛ iſte termin⁹ prefigitur ante lit.ꝯte.Scđo pōt intelligi ꝙ nō ob.termino pfixo ad ꝓponedū perēptorias pñt ipſe perēptorie nihilomin⁹ ꝓponi nō tñ reddit rōnem hui⁹ dicti:ſed remittit ad no.ſ.eod.c.exceptionē.ꝛ ibi gl.ſingulariter dicit peremptorias poſſe ꝓponi vſq₃ ad cōcluſionē in cauſa:vt in.c.finē.de do.et contu.ꝛ.l.exceptionē.C.de pba.ſed certe illa iura ꝛ conſimilia nō faciūt:qꝛ loquūtur qñ nō fuit ſtatutus aliqs terminus.nā dilatorie poſſunt de iure vſq₃ ad lit.cōte.ꝓponi.j.de re iud.c.inter. ſecus tñ eſt ſi terminus ad eas ꝓponēdas fuit a iudice prefixus vt hic.Jdem ergo poſſet dici in peremptorijs:ſed pro glo.iſta facit qꝛ indultū a iure beneficiū nemini eſt auferendū vt in regula, indultū.de reg.iu.li.vj.Nec ob.iſte tex.qꝛ loquiť in dilatorijs in quibus non tractať de tanto preiudicio ſicut in perēptorijs.Et ex his potes colligere dubiū eſſe ꝓbabile:qđ ergo dicendū.dico quatuor opi.principales in hoc articulo reperiri.Prima ꝙ in perēptorijs nō habet locū prefixio hui⁹ termini.hāc tenuit iſta gl.Scđa habet totum oppoſitū.hanc tenet Jnn.ꝛ Hoſtien.hic Tertia vt cū cauſe cognitione poſſit termin⁹ pfigi,al's ſec⁹ hec fuit opi.Dy.in regula.indultū. de reg.iu.li.vj.Quarta vt quo ad regulā hic cōtenta habeat locū iſte tex.in perēptorijs.ſ.vt termin⁹ poſſit prefigi ad oēs perēptorias ꝓponēdas,ſed quo ad exceptiones nō:ꝛ hec opinio va
6 riať.¶ † Iſtā Cōpoſt.in.c.cum ſicut.de ele.ꝛ recitat do.de Ro.deci.xxxix.dicit nō credendū iuramēto partis ſi poſt terminū dicit ad ſuā notitiā perēptoriā puenīſſe:qꝛ cū tex.iſte deuiet a regulis iuris vt credať in facto ꝓprio iuramēto partis nō ꝺ₃ extēdi ad perēptorias:maxime qꝛ propter grauitatē preiudicij pars de facili deieraret ꝛ iuramentum non eſt ſuſpecto deferendū in.c. clericos.de coha.cle.ꝛ mu.Spe.in tit.de exce.§. dicto.ver.vtrū.tenet indiſtincte hūc tex.habere locū in perēptorijs niſi quo ad ꝓponēdū criminā.Jn illis eñ vult ꝙ nō credať iuramēto partis ſi dicit illa nouiter ad notitiā ſuā puenīſſe:qꝛ poſt terminū nō ꝺ₃ audiri ſine reſtitutiōe in integrū ex clauſula gñali:vt no.Jnn.in.c.corā.de in inte.reſt.Jn criminibus aūt nō hʒ locū in integ. reſt.qꝛ nō ſubeſt eqtas ꝛc.do.de Ro.deci.proxi. alle.plene ꝓſequuntur ꝛ finaliter lʒ dñi fuiſſent varij fuit tñ ſentētiatū vt in actore cui fuit prefixus terminus ad oīa iura ꝛ munimēta ꝓducēda nō ſteť iuramēto partis ꝓpter grauitatē preiudicij ex parte rei imminētis q al's veniret abſoluēdus,ſʒ in reo ſtādū eſt ſuo iuramēto qꝛ fauorabilior,ꝛ ſic habebit locū iſte tex.in eo ēt quo ad exceptiones.Pau.in cle.cōſtitutionē.de elec.đt ꝙ aut exceptio nouiter eſt orta ꝛ admittiť ſed non ſtať iuramēto ſuo.arg.de offi.dele.inſinuante.et iij.q.x.placuit.ꝛ qđ ibi no.i gl.ſi.Aut vult opponere antiquā q̄ nouiter ad eius notitiā puenit.
7 ¶ † Et diſtinguit ꝙ ſi nunc allegat ſibi notū eē qđ pri⁹ erat publicū ꝛ nō audiť qꝛ eſt p̄ſumptio ꝯ eū,vt in.c.j.de poſtu.p̄la.ꝛ.xxvj.di.qđ dicitis. niſi probet ſe in tali loco fuiſſe qđ veroſil'r potuit ignorare,vt in.c.ſi.q ma.accu.poſ.ꝛ hoc credo admittēdū etiā in dilatorijs,ꝛ ſic ponit limitandū etiā iſtū tex.ar.c.ſi.de iureiu.in ſi.Si illud nō allegat notū ſeu publicū admitti ꝺ₃ cū iura-
8 mēto.¶ † Qꝛ p̄ſumiť ignorātia niſi ꝓbeť ſciētia vt in regula,p̄ſumitur.li.vj.niſi exceptio ſurgeret a facto ꝓprio quod debuit indagare.de elect. c.innotuit.ꝛ.c.nulli.e.ti.li.vj.de cri.fal.c.ad falſariorū.vel niſi aduerſari⁹ b ꝓbet aliqua p que p̄ſu

mať ſciētia,qꝛ tūc nō ſufficeret iuramentū ſm eū ſed ꝓbare habebit aliqua p que p̄ſumať ignorātia ꝛ nihilomin⁹ iurabit,vt in.c.innotuit.iuncta gl.de ele.hec oīa puto ꝓcedere etiā in dilatorijs: qꝛ nūꝗ ꝺ₃ credi ſoli iuramēto ptis qñ veriſimilitudo eſt in contrariū:vt probať in.c.nulli.de ele. li.vj.in ver.veriſil'r.iūcta gl.Aut ſupuenit nouiter facultas ꝓbādi,ꝛ idē dicit ꝙ in caſu ꝓximo. Caute eñ egit nō ꝓponēdo ꝙ ꝓbare nō potuit. alle.ij.q.ij.pleriq₃.Ego allego text.expreſſum in c.vt circa.de ele.lib.vj.per quē tex.dicit Archi. xiij.q.ij.ſup ſumma ꝙ etiā reſpectu criminū proponēdorū ſtandū eſt iuramēto partis cōtra opi. Cōpoſt.Spe.qđ mihi placet:ad idē facit tex.in
9 d.c.nulli.¶ † Ego dicerē ꝙ ſine c cauſe cognitio
c ne nō poſſit pfigi iſte termin⁹ ad ꝓponēdū perēptorias vt dicit Dy.tam reſpectu actoris quā reſpectu reiuñ fateor actori poſſe terminū pfigi ad oīa munimenta cauſe ꝓducenda:vt in.c.coram.ꝛ qđ ibi no.de in inte.reſti.ꝛ.c.auditis.de pcu.Sʒ non ſine cauſe cognitione:ar.in.l.diffamari.C.de inge.ma.ꝛ.l.cū titia.ff.de accu.ꝛ.l.ſi ea.C.qui acc. non poſ.hoc probo etiā p locū a ſpeciali.nā hoc ſimpl'r pmittitur in cauſis ſummarijs:vt in cle. ſepe.de verb.ſig.ergo ſec⁹ in alijs.Jtē non ꝺ₃ de facili recedi a regulis iuris que volūt ꝙ vſq₃ ad concluſionē in cauſa poſſunt munimēta produci ꝛ allegationes nouiter fieri.de fide inſtr.c.cū dilect⁹.ꝛ.c.cū veniſſent.de teſti.Jdē dico in reo cum enim habeat a iure vt peremptorias poſſit proponere vſq₃ ad ſententiā ſeu cōcluſionē in cā.vt in.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.nō poſ.nō debet ſine cauſa ita arctari:nā ſi idem eſſet in perēptorijs qđ in dilatorijs tex.hic.de vtriſq₃ dixiſſent,p hoc facit quod no.in cle.vnica.eod.tit.in ver dilatorie.ꝛ in.c.pla.eo.ti.li.vj.Cuʒ enim maius preiudiciū vertatur in omiſſione peremptoriarum q̄ dilatoriarū cautius eſt in eis procedēdum.de ele.c.vbi periculū.li.vj.ꝛ ſic cauſa arctādi nō ſubſiſtente poſſet iſta gloſ.procedere.reſpectu vero exceptionū placet vt qñ habet locuʒ regula habeat locū etiam exceptiōes:qꝛ ſi rigor extenditur ad peremptorias fortius debeť extendi equitas:ꝛ hoc ꝓbať in.d.c.vt circa.ꝛ in.c.nulli. cum limitatione tñ.eoruʒ que.ſ.tetigi ſm Pau. nec eſt curandum de grauitate pīudicij:qꝛ lʒ admittať ad ꝓbādum non tñ habeť probatio:vñ ipſa admiſſio eſt in ſe modici preiudicij:ſed vide oīno ad predicta que dixi in.d.c.cuʒ dilectus.de
10 ſi.inſtr.¶ † Sed circa ꝓdicta ꝛ circa tex.queritur de ſubtili ꝛ difficili q̄ōne:pone terminū prefixuʒ ad dilatorias proponēdas fore lapſum:nūquid poterunt probari exceptiōes mixte que opponi pñt ad merita proceſſum:de quib⁹ in.c.j.de li.cōteſt.li.vj.ꝛ per Bar.in.l.cum querebatur.ff.iudi. ſol.Spe.hanc queſtionem format in tit.de dila. §.j.ver.item queritur.ꝛ allegatis aliquibus p ꝛ contra reliquit diſputationi Joā.an.in addi.ibi plene proſequitur:ꝛ videť primo ꝙ non qꝛ terminus iſte prefigiť ne impediať lōgo tpe lit.conte. ſed ſi iſte exceptiōes admitterenť iam fruſtrareť principalis intentio huius.c.ergo ꝛc.Secūdo facit qꝛ ſi proponuntur in viim dilatorie debēt aſſumere naturā dilatoriarum,ar.c.recolētes.de ſtat. regu.Jn contrarium facit quia licet poſſint proponi in vim dilatorie tñ nō perdunt nomē perēptoriarum:vt in.d.c.j.ergo in termino excluſiuo non includuntur cum hoc ſit odioſum,al's ſequeretur abſurduʒ.quod ſtatuto termino ad dilatorias proponendas videreť ſtatus etiā ad peremptorias:qđ non eſt dicenduʒ:cum diuerſitas nominū arguat diuerſitatē rerū in.c.ad audientiaʒ. de dec.ꝛ.l.ſi idē.C.de eod.ꝛ hāc partē final'r tenet ibi Jo.an.Nec ob.iura ſuperius alle.qꝛ per oppoſitionē iſtarum exceptionū non ꝓrogať lis:imo facilius terminať:qꝛ ante lit.conteſt.habent vim peremptorie ꝛ dilatorie:ꝛ.ſic poterit ferri diffinitiua abſq₃ alia conteſtatione litis.dicit tamē qđ volendo tenere contrariū ſcʒ ꙩ non poſſit opponi poſt terminum:quod tamē non placet:poſſet

in.§.j.in.vij.q.de elec.vbi dicit qđ pōt opponi poſt terminū dūmodo probeť ſuper ueniſſe al'r,quā p iuramentum opponētis.de quo vide oīno Alex. de imo.in.l.ſi inſulā.in ꝓpen.char. de v̄b.obli.ꝛ per And.Sicu.in.c. paſtoralis.in.ij. colū.de except.ꝛ adđ ꝙ exceptio perēptoria regulariter nō poteſt opponi poſt ſententiā,niſi p oīno reſtitutū in integrū ad opponēdū:vt in.l.peremptorias.C.ſentē. reſcin.non poſ.ꝛ ibi plene de materia.ꝛ viđ Spe. in tit.de excep.in §.iij.in verſi.hoc tamē.vbi ponit ſeptē caſus,in qbus exceptio ꝑemptoria admititur poſt rē indicatā.Adde tamē ꝙ qñ opponitur poſt ſnīaʒ:debet opponi cōtra actionē primeuā: ꝛ non cōtra executionē.de quo vide Bart.poſt gl.in.l.j.ꝛ ibi plene per doct.C.de iur.ꝛ fa.ignoran.
Sebaſti.Sapia.

b ¶ Aduerſarius. Non ſtatur iuramēto in his,que pendēt a cōſcientia alicui⁹,qñ aliqua preſumptio qua preſumptio eſt cōtra aliqueʒ: vt p Felin.in.c.ſi diligenti.cola.iij. j.de preſcripti.et Are.in.c.ad preſentiū.p illū tex. ſ.de teſti.
Sebaſti.Sapia.

c ¶ Cā ſine.Uide Bar.idē concludentē in.l.ij.colū. ij.vbi Mod.ff.de re.iuri.Et ita ſeruať in curia ſm Archi.in.c.j.xiij. q.ij.ꝛ Bal.in rubri.ſ.de conſuet. colum.ij.

a ✠Sebaſti. Sapia. ¶Poſt concluſionē. Que admittantur poſt concluſionem in cauſa: tradit pulchꝛe do. Iaſ. in repe. l. admonendi. colū. xxv. verſi. ex ſupꝛaſcriptis omnibus. ff. de iureiur.

b ¶Eo. ti. Et vide qd ibi in alia ſi. q. no. Inn. ⁊ vide hic. d. Ant. in. ij. co. verſi. vel dic ⁊ melius ꝑ quo facit qd no. Bart. in. l. ab executoꝛe. circa fi. C. quoꝝ app. nō reci. vbi dicit qd lʒ exceptio cōfectiōis inuētarij poſſit opponi poſt ſniam, vt. l. neſennius. §. fin. ff. de re iu. tamen nō poterit opponi niſi antea datus fuerat terminus ad opponendas exceptiōes dilatoꝛias ⁊ perēptoꝛias: ⁊ melius facit text. in. l. exceptiones, in fin. et in. l. ſi ex falſis. in fi. C. de trāſact. et rñdet ad gl. in. d. cle. j. de excep. qd ibi eſt diuerſa ratio. ſ. peccati pꝛopter cōīonem cū excōicato, q̄ ratio non limitat hoc caſu.

Anto. Franciſc.

¶Circa exceptionem inuentarij: dicas qd non impedit litis conteſtationem, vt per Pau. de caſ. in. l. ſi. in. §. donec. C. de iure delibe. et dicit ibi Bal. ꝙ eſt exceptio dilatoꝛia iudicij ⁊ ſolutionis, et pōt opponi per heredem, ne cōueniatur intra tēpoꝛa inuētarij actione ꝑſonali. qd dixit Bal. ibi in. §. cuʒ igit̄. ꝓcedere, ēt ſi hr̄ditas ſit euidenter lucroſa. ⁊ tene mēti gloſſ. ⁊ Bald. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. et in. l. perēptoꝛie. i j. colū. C. ſen. reſc. ꝙ exceptio inuētarij nō confecti pōt opponi etiā poſt ſniaʒ. Et de modo opponēdi tales exceptiōes vide Bar. in. l. in illa. de verb. obli. vbi dixit ꝙ ōbet opponi hoc mō: tu nō feciſti inuētarium: ⁊ ſi feciſti: peto mihi copiā exhiberi, tamen Ang. in. d. l. in illa ⁊ Bal. i. l. cū mulier. ff. ſol. mat. ⁊. d. Ant. in c. ſup his. de accu. tenēt ꝯ̄ Bar. dicētes qd ſufficit dicere, tu nō feciſti inuentariū. ⁊ qui dicit feciſſe inuentariū: dʒ pꝛobare, qꝛ allegāti incumbit pꝛobatio. l. ij. de pꝛoba. ff. ⁊ in. l. actoꝛ. C. eod.

¶Adde qd dilatoꝛijs pꝛopoſitis nō pōt opponi declinatoꝛia foꝛi: vt dicit Ro. ꝯſi. clxix. ⁊ qd exceptio incompetentie iudicis poſſit qñcūqꝫ opponi. vide Pau. de caſt. conſi. cclxxxviij. in ſecundo impꝛeſſis.

diſtinguit vtrū opponant̄ mere dilatoꝛie vtputa dico te nō audiēdū qꝛ reſcriptū eſt ſurreptitiū ⁊ nō debet admitti poſt terminum aut perēptoꝛie ⁊ dʒ admitti: qꝛ tūc nullo modo includunt̄ in termino, ⁊ hoc habet equitatē ſummam iudicio meo: ar. illius. c. recolētes. ſʒ de rigoꝛe videt̄ ſimpliciter dicēdū ꝯ̄riū: qꝛ qualitercūqꝫ opponant̄ exceptiones iſte ſemꝑ ſunt perēptoꝛie in ſe, lʒ habeant ex pꝛiuilegio effectū dilatiuū. Item dic ꝙ poſt lit. cōte. indiſtincte nō admittunt̄: qꝛ vt notanter dicit ibi Io. an. licet ante lit. cōte. habeāt vtranqꝫ vim: nō tñ poſt cōteſtationē pñt habere niſi naturā perēptoꝛiarū: nō eñ pñt amplius differri ex quo lis eſt conte. ⁊ hoc notabis pꝛo intel
11 lectu huius. c. j. ¶†Itē querit̄ circa p̄dicta ⁊ cir
a ca tex. qd ſi oꝛiat̄ exceptio poſt ꝯcluſionē[a] in cā nunqd debeat admitti poſt terminū iuxta caſum hic exceptū ⁊ dic ꝙ nō, qꝛ poſt ꝯcluſionē nō admittunt̄ ꝓbationes ſiue allegatiōes ſiue cōſiſtāt in facto ſiue in iure: vt in. c. cū dilectus. de fi. inſtr. ⁊ no. Inn. in. c. paſtoꝛalis. de cā poſ. ⁊ ꝓpꝛie. facit. c. auditis. de ꝓcu. niſi euidēs rō iudicē moueat. d. c. paſtoꝛalis, ⁊ hoc tenēt do. de Ro. deci.
12 xxix. ⁊ ſic limito hūc tex. ¶†Quero an exceptio excōicationis poſſit dilatoꝛie ꝓponi poſt terminū gl. iſta dicit ꝙ ſic. hodie habes tex. in cle. vni
13 ca. eo. ti. ⁊ vide qd no. in gl. pe. ¶†Gl. ij. exponit tex. ex tunc. id eſt poſt terminū a iure aſſignatū. Ego circa hoc quero an iudex poſſit hūc terminuʒ aſſignare ſi ꝯtra eū ſeu ſuā iuriſdictionē fuit exceptū: vt ſic nō ꝓbata pꝛius exceptione ꝯ̄ iudicem ꝓpoſita teneat̄ pars oēs ſuas exceptiones dilatoꝛias. in termino ꝓponere. Hoſt. dicit ꝙ ſic. tum qꝛ iudicis eſt examinare an ſua ſit iuriſditio de reſcri. c. ſup literis. ff. de iu. l. ſi quis ex aliena. tū qꝛ ſi hoc nō poſſet: nimiū ꝓtelare poſſet iudiciū ſucceſſiue illas ꝓponere ꝯ̄ mētē huius. c. et ꝯ̄ hec ſubterfugia pōt etiā iudex recuſatus pꝛouidere: vt in. c. legitima. de ap. li. vj. facit de diuoꝛ. c. q̄to. in fi. nec pōt excipiēs de hoc cōqueri cū ad diē aſſignatū poſſit oēs pꝛoponere, pꝛimo cōtra iudicē: ſcdo ꝯtra reſcriptū: tertio ꝯ̄ aduerſariū ⁊ ꝑ oꝛdinē illas oppoſitas poſtea ꝓſequi. Ego dubito an hoc dictū ſit verū ⁊ poti᷒ putarē oppoſitū nā ex quo excipio ꝯ̄ iuriſditionē iudicis nō dʒ ſe impedire de p̄ncipali pꝛi᷒ nō diſcuſſo an ſit iudex: vt in. c. cū ſpāli. de ap. ⁊. c. ſuſpitiōis. de offic. deleg. Inſurgeret eñ quedā ꝯ̄rietas ꝙ negē illū iudicē vel dicā mihi ſuſpectū ⁊ ad ipſi᷒ interlocutoꝛiam ⁊ p̄fixionē termini ꝓponā oēs dilatoꝛias mihi cōpetētes: facit qd no. Inn. in. c. ſolicitudinē. de ap. ⁊. l. ſolutionē. C. de re iud. Itē ſi nego illuʒ iudicē nego illū mihi poſſe ſtatuere terminū ergo nō teneoꝛ recipere terminū. ar. c. ſolicitudinē. pꝛealle. rō eñ que eſt in tota cā militat in p̄fixione termini: ⁊ ſi eſt mihi ſuſpectus poſſet me grauare in p̄fixione termini ⁊ hanc opin. teneo,
14 ¶†Iuxta p̄dicta q̄ro quid ſi is q ſtatuit mihi terminū ad ꝓponēdas dilatoꝛias in veritate nō erat iudex, nūquid potero poſt terminū allegare eū nō iudicē. Spe. eo. ti. §. nūc videndū. ver. qd ſi in termino. ⁊ ver. qd ſi iudex. videt̄ velle ꝙ ſic. et idem vult in omni exceptiōe q̄ reddit iudiciū retro nullū. ar. in. c. in noſtra. de ꝓcu. ⁊ pꝛo hoc facit qd ſi nō erat iudex nō potuit pꝛefigere terminū: nec vr̄ ex p̄fixione termini ꝓnūtiare ſe iudicē, qꝛ ad hoc vt ex ꝓnuntiatiōe acq̄rat̄ iuriſditio opʒ ꝙ ſpecifice ꝓnūtiet̄ nō aūt tacite: vt no. ōt Inn. in. c. ij. de dila. d. An. diſtinguit ꝙ aut ſtatuit terminū ſpecifice ad pꝛoponēdas declinatoꝛias defectui iuriſditionis ⁊ poſt terminum nō poterit aut in gñe ad dilatoꝛias ꝓponēdas ⁊ poterit: qꝛ nō intelligit̄ terminū ſtatuiſſe ad hoc: ⁊ nil aliō
b alle. Ego adduco i ar. op. tex. i cle. vnica. e. ti.[b] vbi ſpecifice fit mētio qñ ſtatuit̄ termin᷒ ad declinatoꝛias ⁊ dilatoꝛias ꝓponendas, ſi eñ indiſtincte poſſet poſtea opponere qd opareť p̄fixio termini reſpectu declinatoꝛie: certe nihil. Iteʒ facit optime ille tex. ꝓ opi. Spe. ꝙ p̄fixo termini ad dilatoꝛias ꝓponēdas nō extendatur ad declinatoꝛias: illa eñ non ponunt̄ ibi vt diuerſa. Ego melius iudicio meo ſic diſtinguerē qd aut is q gerebat ſe pꝛo iudice erat talis quē ꝯſenſu meo poterā mihi iudicē facere ⁊ nō potero poſt terminuʒ ꝓponere declinatoꝛiā quam ſciēter omiſi: video
15 eñ illi renūtiaſſe hoc ꝓbo ſic. ¶Qꝛ iſta p̄fixio termini hʒ viʒ li. ꝯteſt. vt hic. facit qd no. Inn. in c. ex rōne. de ap. vbi ōt qd terminus hoīs ſurrogat᷒ in locū termini iuris cēſetur idē cū termino iuris. facit ad hoc. c. cū ſit romana. ⁊. c. perſonas. de ap. ſʒ poſt terminū iuris. ſ. cōte. lit. nō poſſum declinatoꝛiā hoc caſu ꝓponere ꝓbat̄ in. c. inter. de re iudi. ergo nec poſt terminū hoīs: nec facio vim vtrū fuerit ſtatut᷒ termin᷒ ſimpl'r ad dilatoꝛias ꝓponēdas an ad declinatoꝛias, qꝛ q̄libet declinatoꝛia iudicis eſt dilatoꝛia, vt ꝓbat̄ in. d. c. inter. ad p̄dicta facit aut̄. offerat̄. C. de lit. cōte. canonizata. iij. q. iij. offeratur. ⁊ vr̄ ſatis hoc innuere iſte tex. mādat eñ p̄figi terminū nec cauſarū terminatio ꝓrogeť: que quidē rō vendicat ſibi locū in oī dilatoꝛia, lʒ etiā ſit declinatoꝛia al's nō ſufficiēter iſte termin᷒ ſurrogat̄ in locū cōteſtatiōis ꝯ̄. c. maioꝛes. in pꝛin. de bap. ⁊. c. eccl'ia. vt lit. pen. nec ob. tex. in. d. cle. qꝛ ad maioꝛē cautelā ibi exp
16 mit̄ etiā de declinatoꝛijs. ¶†Aut eſt talis quē ego non poſſum facere iudicem ⁊ potero poſt lapſum termini ꝯ̄ iudicē pꝛoponere, quinimo poſt
c ſniam[c] potero illū allegare nō iudicē allegando nullitatē, qꝛ taciturnitas mea nihil officit ex quo nō poſſum illū facere iudicē: facit ad hoc qd no. Io. an. in regula ſciēti. de reg. iu. li. vj. in mercu. ⁊ gl. in. l. j. C. vbi de cri. agi opʒ. ⁊ gl. in cle. vna de ſeque. poſ. ⁊ fru. ⁊ tex. cū gl. in cle. j. de re iud. ⁊ facit ad idem qꝛ lit. conte. non excluderet hoc caſu dictionē nullitatis vt in iuribus pꝛealle. ergo foꝛti᷒ nec termini p̄fixio. facit qd le. ⁊ no. in. c. ſignificaſti. de fo. cōpe. per doct. ⁊ hoc caſu ꝓcedit dictuʒ Spe. facit ēt iſte tex. cū fundat ſe ſuꝑ termino p̄figēdo a iudice: ſi ergo nō eſt iudex nō hʒ locum iſte tex. qꝛ ceſſat qualitas ſuꝑ qua ſe fundat hec decre. iuxta no. ꝑ bar. in. l. j. ff. qd vi aut clā. ⁊ in. c. ſtatutū. de reſcrip. lib. vj. ex his habes ſextum caſum in quo pōt opponi dilatoꝛia. nō ob. termini
17 lapſu. ¶†Quero qualis debet eſſe pꝛoteſtatio ad hoc qd poſt terminū admittat̄: ⁊ ſic ſumus in pꝛima exceptiōe. c. Sol. dicit gl. iij. qd debet eſſe ſpecialis non aūt ſufficit gñalis, ⁊ bene loquitur al's eſſet inutilis ꝓuiſio hui᷒ decre. ⁊ idem tenet Hoſt. ⁊ Spe. e. ti. §. ij. ver. ſed quid. ⁊. §. viſo. ver. ſʒ
18 qualiter. ¶†Iuxta hoc ⁊ tex. quero nūquid indiſtincte repellatur volens apponere cōtrarias poſt terminū. Gl. iiij. no. dicit decre. pꝛocedere exceptionibus nō cōtrarijs ſed in cōtrarijs ſecus, non enim potuit ſimul pꝛoſequi contraria, ideo ad ea pꝛoſequenda admittitur pars poſt terminum. Idem no. gl. in. c. cū dilectus. de reli. do. et xiij. q. ij. in ſumma. ⁊ quod. ꝯ̄. tetigi. d. Ant. dicit quod foꝛte hec cōtrarietas non excuſat cū poſſit illas ꝓponere cum diſiunctione ſeu vnam pure ⁊ aliā ſub cōditione: vt in regula: nullus plurib᷒.
19 de reg. inr. li. vj. ¶†Hec queſtio pendet iudicio
d meo ab alia: videlicet an plures exceptiōes[d] cōtrarie poſſint ſimul ⁊ eodē tempoꝛe pꝛoponi pure vel cōditionaliter. nam ſi poſſunt pꝛoponi ſaltem cōditionaliter in dubio putarem hāc gl. nō bene dicere quia debuit reus de illis pꝛoteſtari: ⁊ ſic potuit ſibi pꝛoſpicere ⁊ huius conſtitutiōis mentē ⁊ verba ſeruare cōtra quem cōmittitur ſi

ſucceſſiue

✠Sebaſti. Sapia.

c ¶Poſt ſententiam. vide Pet. de Anch. in ꝯſil. cclxxj. inci. de titulis criminum. co. pe. Alex. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nū. Peru. in c. dilecto. i. l. ij. q. ver. ſexto limita. j. de app. Alexā. in cōſi. cxj. incip. viſo themate, in v. volu. Ange. in cōſi. clxxxiij. inci. A. ⁊. B. ꝯ̄xerūt. in fi. ⁊ in cōſi. cxcij. incipiē. dña Gulielmina.

d ¶Exceptiones contrarie. Adde Fran. Are. conſi. xcvi.

Anto. Franciſc.

¶An excipiēs debeat pꝛobare oēs exceptiones ꝓpoſitas, ſi vult in cauſa obtinere: dicas ꝯcluſionē hic factā eſſe veram, ⁊ ſi exceptiones neceſſarias ꝑ victoꝛias debet in expēſis condemnari. c. ſinē litib᷒. de dol. ⁊ contu. c. ſententiam. de pe. l. non ignoꝛat. ⁊ ibi per Barto. C. de fru. ⁊ lit. expen. ⁊ per Specu. in. §. ij. in ver. poꝛro. ⁊ in. §. iij. ⁊. iiij. in verſic. qd ſi reus. vbi dicit hoc eſſe verū ſi actoꝛ ꝓbat ſuā intentionem, al's ſecus, per. l. q accuſare. C. de edē. nec pōt appellare cōdemnatus in expenſis a tali condēnatione expenſarū. ita in c. ſepe. de appel. ⁊ refert, ⁊ ſequit̄ Ro. in ſingu. in ver. exceptio. incip. quidā opponit ⁊ Bald. in addi. Spe. in tit. de expen. verſi. ij.

ſucceſſiue poſſent ꝓponi. Si vero nõ pñt ꝓponi ſimul gl.
optime loquit̃ qꝛ preceptũ nõ obligat ad impoſſibile. Dy.
in reg. nullus. lib. vi. ponit exquiſitam theoꝛicam. dicit em̃
ꝙ ſi id qđ ꝓponit̃ in vna exceptione non põt cõcurrere cũ
eo quod ponit̃ in alia non pñt ſimul ꝓponi nec ſucceſſiue
qꝛ conuincit̃ reus de mendacio. ad hoc aut̃. cõtra qui pꝛo-
pꝛiã. C. de nõ nu. pe. ⁊ l. j. ff. ſi quadru. pau. fe. di. ⁊ l. fin. C. de
noxa. Aut eſt poſſibilis concurſus ⁊ admittit̃, ⁊ ſic vult qđ
vbi exceptiones ſunt pꝛoꝛſus cõtrarie: non põt reus eis vti
etiã diuerſo tpe: ⁊ ſm hanc opi. pꝛocederet iſta gl. ſed gloſ.
ſentit contrariũ in. l. nemo. ff. de excep. ⁊ clari⁹ ibi Bart. di-
cens ꝙ cõtra Dy. videt̃ tex. in. l. cũ de indebito. ff. de ꝓbat.
facit. c. ſi. de ſol. vbi ponit̃ cõſimilis caſus in quo põt reus
trãſire ad contrariã exceptionẽ. Cy. in. l. j. C. de fur. poſt ali-
quos dicit ſub cõditione reſultãte ex eadẽ exceptione poſ-
ſe cõtraria ſimul ꝓponi. alleg. l. ſi quidẽ. C. de excep. ⁊ idem
Jac. bu. in. d. aut̃. contrarietas reſultat ex eadẽ exceptione ⁊
diſtinguit ꝙ aut cõtrarietas reſultat ex eadẽ exceptione et
nõ admittitur volens ea vti. vt. l. ij. §. ſed ſi alius. ff. qñ app.
ſit. Aut ex diuerſis exceptionibus reſultat contrarietas: ⁊
a tũc aut onus ꝓbandi[a] vtrancꝫ incũbit ipſi excipienti ⁊ ad
mittitur volẽs ſimul ꝓponere. alleg. c. auditis. ⁊. c. cũ olim.
de pꝛeſcri. Aut onus ꝓbandi vnam incũbit actoꝛi: ⁊ onus
ꝓbandi aliam incũbit reo oꝛdine ſucceſſiuo ⁊ non admitti-
tur. Exemplũ ſi nego pecuniã mihi mutuatã. Jtẽ dico ꝙ
ſolui: nã quaten⁹ nego incũbit onus ꝓbandi actoꝛi ⁊ qua-
tenus dico ꝙ ſolui incũbit mihi: ⁊ ſic reſultaret quedã con
trarietas etiã in oꝛdine ꝓbandi: ideo non debeo admitti,
mihi placet ꝙ ſi exceptiones ſunt pꝛoꝛſus cõtrarie nõ poſ-
ſunt ſimul ꝓponi pure ſed cõditionaliter ſic qꝛ qui allegat
cõtraria non eſt audiẽdus: vt in. c. ſolicitudinem. de ap. ⁊. l.
vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. ad. c. auditis. rñde vt not. glo.
in reg. nullus plurib⁹. Ex his apparet qualiſcuncꝫ opi. te-
neatur ꝑter illã Dyn. gl. hãc male dicere: qꝛ ſaltẽ põt ꝓpo-
nere ſm cõem opi. exceptiones cõtrarias ſub cõditione: et
ſic poterit vnã pꝛoponere pure ⁊ de aliis ꝓteſtari, ⁊ ſic ſer-
uabit̃ mens hui⁹. c. ⁊ etiã verba. ⁊ habes incidẽter illũ arti-
culũ plene ⁊ expꝛeſſe diſcuſſum, an plures exceptiões con-
trarie poſſunt ſimul ꝓponi, ⁊ vide qđ dixi in. c. imputari. de
20 ſi. inſtru. ¶ † Quero vtrum lapſo termino perdatur facul-
tas excipiẽdi vel agẽdi. gl. iſta in ſecũda parte dicit ꝙ non.
Aduerte qꝛ gl. põt habere duplicem intellectũ. Primo qđ
ſtatuto termino ad agendum nõ ꝑditur ꝓpterea actio la-
pſo termino, ⁊ iſte intellectus non eſt verus in ſe: qꝛ in effe-
ctu ꝑditur ſicut exceptio, vt. l. diffamari. C. de inge. ⁊ ma. et
c. latoꝛ. q ſi. ſint legi. ⁊ l. titia. ff. de accu. nec puto glo. habuiſ
ſe hunc intellectum cum contrariũ ſentiat in ſequentibus.
Scđo põt intelligi ꝙ ſtatuto termino ad exceptiones pꝛo
ponẽdas non ꝑditur actio. ſ. ſurgens ex illa materia ex qua
poterat excipi: ⁊ ſic intelligit hic Jo. an. ⁊ bñ: pone exẽplũ
in ſpoliatione de qua poteſt agi ⁊ excipi: vt in. c. ij. de oꝛdi.
cog. ſꝫ in termino ꝑfixo ad dilatoꝛias ꝓponẽdas ſpoliatus
nõ excipit nec tollit̃ actio. ſ. quis ꝑ viã actionis poſſit ſpo-
liatio deduci: qꝛ ad aliud nũc agitur. Jtẽ in ſimili vult Jo.
an. in regula moꝛa. de reg. iur. li. vj. in mer. ⁊ not. in. d. c. ij. vi-
de Fed. cõſi. xcviij. ⁊ pꝛoſequit̃ Jo. an. ⁊ Fed. An ꝑ viam ac
cuſationis ſeu denuntiationis poſſit peti remotio illius q
fuit ad beneficiũ pꝛomot⁹ ꝑmiſſo termino ꝑemptoꝛio vo-
lentibus excipe cõtra pſonã vel reſcriptũ: ⁊ noĩe opponen
21 tis ⁊c. ¶ † Uenio nũc ad ſcđm caſum exceptũ, ⁊ quero qd
b ſi exceptio[b] dilatoꝛia oꝛiat̃ nedũ poſt terminũ ſed etiã poſt
lit. cõteſt. nunqd poterit opponi. glo. vt tenet qđ ſic ꝑ. c. inſi
nuãte. de offi. dele. videtur etiã tex. vltra gl. in. l. ij. C. de con-
ſoꝛ. eiuſ. li. tenet glo. in. d. c. inſinuãte. ⁊ Jnnocẽ. ibi: ſed ipſe
Jnn. dedit admirabilẽ limitationem in. c. ij. de oꝛd. cog. di-
cens ꝙ ſi de materia exceptionis nouiter oꝛta eſt ꝓuiſum
de mõ agendi nõ poterit excipi poſt lit. conteſt. ſed dꝫ agi.
pone exẽplum in ſpoliatione cõtingente poſt lit. cõte. Jo.
cal. in. c. ſi. j. eo. tenet contrariũ dicens ꝙ etiã excipi poterit
per regulã qui ad agendũ. de reg. iu. li. vi. ⁊ hoc mihi plus
placet: facilius em̃ eſt excipere ꝙ̃ agere: ⁊ pꝛo hac ſñia facit
iſte tex. q indiſtincte admittit exceptionem poſt terminuꝫ
oꝛtã: ⁊ iſte terminus ſurrogat̃ in hoc loco conteſtationis li
tis, vt. ſ. dixi. ⁊ tene mẽti in hoc iſtũ tex. ſic intellectũ ⁊ vide
22 qđ dixi in. d. c. ij. ⁊ ſi. ¶ † Uenio nũc ad vltimam exceptio-
nem ⁊ capio pꝛimo ſinẽ gloſ. que melius adaptat̃ ad tex. et
quero nunqd indiſtincte admittat̃ exceptio poſt terminuꝫ
ſi eã ſibi cõpetere pars ignoꝛauit in termino glo. ſi. ꝓpe fin.
videt̃ velle ꝙ nõ: ⁊ intelligit tex. in exceptionib⁹ facti ⁊ nõ
iuris in his quibus quis ignoꝛauit factũ ⁊ non ius: vtputa
ignoꝛabã iudicem eſſe conſanguineum partis: certe poſt-
ea certificatus debeo admitti cũ iuramento vt hic: ſecus ſi
ſciebã conſanguineũ ſed ignoꝛabã eũ ob hoc poſſe recuſa-
ri: tunc enim mihi imputabit ſm gl. ⁊ idẽ videt̃ ſequi. Jo.
an. qđ placet per regulam ignoꝛãtia. de reg. iur. li. vj. idẽ ſen
tit Joã. cal. in. c. fin. de oꝛd. cog. idẽ dic vbi alia pꝛeſumptio
ſciẽtie eſſet cõtra allegãtẽ ignoꝛãtiã: vt. ſ. dixi poſt Paul.
23 ¶ † Nũc redeo ad pꝛin. gl. ⁊ quero quid ſi deuenit ad noti
c tiã partis[c] poſt lit. cõte. gl. recitat quoſdã tenere eã ꝓponi
poſſe non ob. lit. cõte. ſed gloſſ. tenet contrariũ, qꝛ ab initio
debuit inq̃rere an ſibi cõpeteret: iura em̃ ſubueniũt vigilã-
tib⁹ ⁊ nõ doꝛmiẽtib⁹ ſeu negligentibus, vt. l. nõ em̃. ff. ex q-
bus cau. ma. pꝛimã opi. tꝫ Gof. in ſumma hui⁹ ti. §. ſed ſciẽ
dũ. ⁊ Jnn. de off. dele. c. pꝛudentiã. ⁊ Spe. de recu. §. fit autẽ.
⁊ glo. in. l. exceptionẽ. C. de pꝛoba. Archi. ⁊ gl. iij. q. vj. c. ex-
cep. Sed aduerte qꝛ gl. in rõne ſui nõ ꝓpꝛie impugnat pꝛi
mã opi. ſed potius limitat vt pꝛocedat qñ nihil põt parti
imputari quare nõ oppoſuit tpe debito: ſecus ſi põt impu
tari ⁊ negligẽtia notari. ar. op. in. c. innotuit. de ele. ⁊. c. nul-
li. eo. ti. li. vj. in ver. veroſimiliter. vt qꝛ diligẽter indagauit:
⁊ hoc tꝫ do. Anto. hic. Ego allego Cal. q hoc expꝛeſſe te-
nuit in. c. ſi. de oꝛd. cog. q dicit ſe ita intelligere iſtũ tex. cum
gl. Jdẽ dicit reſpectu teſtis. ſ. qñ ꝑuenit ad notitiã poſt ter
minũ, vt admittat̃ ſi ꝓbabiliter ignoꝛauit, aĺs ſecus: vt. d. c.
24 nulli. ¶ † Expeditis gl. cũ ſuppletionib⁹: nũc ad maioꝛem
declarationẽ materie q̃ro: pone qđ iudex a ꝑncipio non ꝑ-
fixit hũc terminũ ſed ſtatuit dilationem ipi reo ad delibe-
randũ an velit cedere vel contendere: iuxta id qđ habet̃. iij.
q. iij. offerat̃. reus vero cõparens in termino petit inducias
ad oẽs dilatoꝛias ꝓponendas, querit̃ an dari debeant. vide
tur pꝛimo ꝙ ſic. ꝑ. c. cũ cãm. de ap. contrariũ tenet Hoſtien.
Jnn. Abb. ⁊ cõiter doct. qꝛ in termino dato ad rñdendũ de
bet excipere vel rñdere: ⁊ ad hoc habuit illũ terminũ: ⁊ lꝫ
iſte termin⁹ det̃ ad petitionẽ actoꝛis, non tñ ad petitioneꝫ
rei ſm eos. Ad. c. cũ cãm. rñdet ꝙ factũ narrat nec ille arti
culus ibi examinat̃. ⁊ dt Jo. an. addendũ qđ no. in Spe. de
dila. §. j. ꝟ. ſed qd ecce. ⁊ ꝟ. deliberatoꝛie. ⁊. §. nũc videamus.
ꝟ. in ſumma. zenze. in cle. j. e. ti. d. Ant. dt ſe putare qđ ſi ter
min⁹ eſt ſtatutus reo ad deliberandũ nõ dꝫ iudex ad peti
tionẽ ipſius rei dare aliũ: terminũ qꝛ hoc includit̃ i pꝛimo.
idẽ ſi dat⁹ eſt terminus ad rñdendũ libello. nã videt̃ datus
ẽt ad pꝛeãbula q̃ feri debeãt ante rñſionem: ſed ſi ab initio
eo cõparẽte null⁹ termin⁹ eſt dat⁹ ſi tũc paterẽ maioꝛẽ ter-
minũ termino iuris. de quo in. d. aut̃. offerat̃. nõ admittit̃,
ſi bꝛeuioꝛem admittit̃: qꝛ ex quo vult ſe arctare non appa-
ret qd repugnet hinc aſſignationi: ⁊ ſic põt intelligi. d. c. cũ
cãm. ſm eũ. Mihi hec dicta nõ placẽt: dico em̃ ꝙ ſi a ꝑnci
pio re⁹ petit terminũ ad dilatoꝛias ꝓponẽdas nõ dꝫ iudex
niſi ex iuſta cã ſibi videat̃ ꝯcedete, qꝛ poſſet malignari pe-
tẽdo ſibi terminũ cã ſubterfugij cũ foꝛte nullã exceptionẽ
dilatoꝛiã habeat: vñ cũ iſtud. c. veniat ad bꝛeuiandas lites
nõ dꝫ eſſe cã ꝓꝛogãdi. Nec ob. ſi dicat̃ ꝙ a iure hꝫ terminũ:
de quo in. d. aut̃. offerat̃. ſ. xx. dierũ. qđ etiã ſentit Spe. in. d.
ꝟ. in ſumma. ⁊ ſe. qꝛ nego illũ terminũ ſimpĺr dari ad ꝓpo
nẽdas dilatoꝛias: lꝫ vt eas pꝛoponat vel rñdeat libello, vt
colligit̃ ibi ex ſi. gl. ⁊. c. vxoꝛ. xvij. q. iiij. ⁊ iđ dico ꝙ ſi re⁹ pe-
tit a pꝛĩcipio terminũ dꝫ iudex volẽs obuiare malitijs di-
cere ego ſtatuto tibi talẽ terminũ ad dilatoꝛias ꝓponẽdas
ſi nullã ꝓponere volueris ſtatuto ad rñdẽdũ libello: ꝙ fie
ri põt. vt no. Joã. an. poſt. Gui. naſo. in. d. ꝟſi. in ſumma. in
addi. Spe. ſi aũt iudex a pꝛincipio ſtatuat terminũ ſimpĺr
ad deliberandũ ⁊ cõparens in termino petit terminuꝫ ad
dilatoꝛias, dico ꝙ iudex põt pꝛeſumere fraudẽ ⁊ ex hac cã
denegare: ſed ſi re⁹ in termino aliquã dilatoꝛiã ꝓponit̃ ⁊ pe
tit terminũ ad ꝓponendũ oẽs alias, nõ video quare iudex
debeat dignare, imo ex officio ſuo dꝫ indulgere, qꝛ reus
poſſet ſucceſſiue ꝓponendo plures dilatoꝛias ꝓꝛogare ni
miũ iudiciũ qđ poſſet termino nõ ſtatuto vt in regula nul
lus plurib⁹. li. vj. ⁊. l. nemo ex his. ff. de reg. iur. nã tex. in. d.
aut̃. offerat̃. nõ. dt ꝙ debeat ꝓponere oẽs exceptiões: ⁊ pꝛo
h̃ facit qđ no. ĩ. Spe. in loco ꝓxi. alle. vbi dt ꝙ ſi re⁹ nihil dt
iudex nõ dꝫ pꝛefigere terminũ ad dilatoꝛias: qꝛ foꝛte nullaꝫ
ꝓponet. ſec⁹ ſi incipit aliquã ꝓponere, ⁊ ſic limita oĩa ꝑdi-
25 cta. ¶ † Et tene menti hãc cautelã ad lites bꝛeuiãdas vt iu
dex i citatiõe iferat tenoꝛẽ libelli ⁊ ꝑfigat terminũ ad cõpa
rẽdũ ⁊ dilatoꝛias ꝓponẽdũ vĺ ad rñdendũ libello. ⁊ viđ qđ
26 dixi. i. c. ij. de di. ¶ † Et ex his dcidit̃ alia qđ ad cui⁹ petitio
nẽ petit iudex hũc terminũ ꝑfigere: ⁊ dđm qđ ad petitionẽ
actoꝛis, qꝛ i ei⁹ fauoꝛẽ ꝑncipĺr emanauit h̃ ꝓuiſio. Jtẽ iu-
dex ex offõ ſuo, qꝛ boni iudicis eſt lites dirimere ⁊ malitijs

⁊ Sebaſti. Sapia.
a ¶ Onus pꝛobã
di. Uide Abba.
poſt Jnnoc. in. c.
auditis. col. viij.
verſi. opponitur
tertio. j. de ꝑſcri.
⁊ Barto. in. l. j. in
ij. oppo. C. de fal.
cau. adiec. le. vbi
vult qđ reus põt
opponere qđ ſol
uit: ⁊ qđ liberat⁹
eſt in teſtamẽto.

⁊ Sebaſti. Sapia.
b ¶ Exceptio. vi
de Roma. late i
l. ſi vero. §. de vi-
ro. in. l. j. fallen. ff.
ſolu. mat. Feli. in
c. inſinuãte. ſ. de
of. dele. ⁊ in. c. cũ
M. ferra. verſi. ⁊
hic incidẽter. ſ.
de conſtitu.

⁊ Sebaſti. Sapia.
c ¶ Partis. Ui-
de Alex. in. l. ita
demũ. in. iiij. fal-
len. C. de pꝛocur.
late per Aret. in
c. j. in. ij. colum. j.
de accu.

obuiare:vt in.l.quidã eſtimauerũt.ff.ſi cer.pe.ꝛ.c.finem.de dolo ꝛ cõtu.ꝛ Spe.in.d.ver.in ſumma.ꝛ ad rei petitionẽ q̃
27 oĩa intellige:vt.ſ.dictũ eſt. ¶ † Quero an termin⁹ de quo hic dicit̃ poſſit excedere terminũ iuris.ſ.xx.dierũ,de quib⁹ in.d.aut.afferat̃.iij.q.iij. Specu.in.d.ver.in ſumma.dicit qḋ non dicẽs ꝙ hoc.c.venit ad abbreuiationem litiũ ꝛ non ad augendum:ideo poteſt ille terminus abbreuiari ꝛ nõ elõgari: ego dubito de hoc dicto:qꝛ vt.ſ.dixi aut.offerat̃.nõ loquit̃ ꝓprie in caſu huius:ſꝫ de termino ad deliberandũ an velit cedere vel litẽ cõteſtari vel iudicẽ recuſare vel aliam exceptionẽ proponere:nõ añt tenet̃ vigore illi⁹ termini ꝓponere oẽs dilatorias ſimul,ſꝫ terminus de quo hic principaliter p̃ficit̃ ad ꝓponẽdũ oẽs dilatorias,ita ꝙ poſtea non auditur amplius,ꝛ ſic cũ hoc poſſit eſſe magne indaginis ꝓpter cauſe magnitudinẽ ꝛ ſum⁹ extra caſum a lege prouiſum puto ſimpl̃r hunc terminũ fore arbitrarium.ar.l.j.ff.de
28 in.delib.ꝛ qḋ no.in.c.ij.de dila. ¶ † Quero vtrum indiſtincte tã de iure cano.q̃ ciuili poſſit eſſe terminus p̃figi, Solu. Jo.an.in addi.Spe.in tit.de dila.§.j.ver.ꝛno.dicit Guil.de ſu.tenuiſſe ꝙ de iure cano.põt ſtatui,vt hic:ſed de iure ciuili non poteſt prefigi a principio:qꝛ iã ſtatutus eſt a iure terminus ad dilatorias proponendas.ſ.lit.conteſt.vt in.l.exceptionẽ.C.de ꝓba.ſed ſi ex poſt facto timet̃ de malitia.ptis poterit ſtatui. Jo.an.ibi dicit ꝙ in hoc ius canonicum non diſcordat:per ea que habent̃ in.d.ver.in ſum.vbi Specu.vr̃ velle hunc terminũ ſtatuendũ niſi qñ timet̃ de malitia:ꝛ ex hoc innuit̃ hũc terminũ nõ prefigẽdũ ſine cauſe cognitione,hoc etiã ſequit̃ hic.d.Anto. ¶ Ego de hoc dubito per iſtũ tex.in ver.nonnunq̃ ꝛc.ex quo videt̃ innui qḋ qꝛ cõtingere põt ꝓrogatio ex dilatorijs ſucceſſiue ꝓponẽdis iḋ ꝛc. Et ideo circa malitiã p̃ſumptã põt iudex ab initio p̃figere terminũ vt citius finis litibus imponat̃ ꝛ ſic videtur ſatis bene ꝓcedere opi.d.Guil.notãtis differentiã inter ius canonicũ ꝛ ciuile quãtũ ad principiũ:ſꝫ poterit ſeruari cautela
29 quam.ſ.dixi. ¶ † Quero an poſt terminũ lapſum hoĩs audiat̃ volẽs opponere in cã appellationis.d.Anto.dicit ꝙ ſic p.c.cũ Joannes.de fi.inſtr.ꝛ.l.per hãc.C.de tẽp.app.ꝛ c.fraternitatis.de teſti.ꝛ qꝛ termin⁹ ab hoĩe ſtatutus reſtringit̃ in inſtãtiã opponentis:eſt eñ quedã cõminatio non ſe extendens ad appellationẽ.C.cõmi.vel epi.per totũ alleg etiã Jo.An.ꝛ Archi.in.c.cupiẽtes.C.qḋ ſi p.xx.de ele.lib.vi.ꝛ.xxiij.q.iij.de illicita. Ego tenerẽ ꝯtrariã opi.qꝛ vt.ſ. ſepe dixi iſte termin⁹ q ſtatuit̃ ab hoĩe hic ſuccedit loco termini iuris.ſ.cõteſtationis litis:ergo debet etiã cẽſeri eodeꝫ iure cũ illo.vt no.Innoc.in.d.c.ex rõne.ſicut ergo in cã appellationis nõ lꝫ ꝓponere dilatoriã non oppoſitã añ lit.cõteſt.vt.l.ita demũ.C.de ꝓcu.vbi notabiliter probat̃:ita nec
30 omiſſuꝫ in hoc termino. ¶ † Nã vt notãter dicit Bar.in.d.l.ita demũ appellatio nõ reſtituit ad eũ ſtatũ in quo cã erat ante cõteſtationẽ ſed ad eũ in quo erat poſt vt ibi probat̃: ſed iſte terminus habet vim ꝯteſtationis quo ad excluſionẽ dilatoriarũ,ergo nõ reſtituit̃ per appellationẽ ad ſtatuꝫ cauſe in quo erat añ lapſum termini.itẽ ſi bñ ponderet̃ rõ litere militat tã in inſtantia ꝓncipali q̃ appellatione,ergo idẽ dꝫ eſſe ius:vt in cle.ij.de teſti.al̃s de facili huius decre.ꝓuiſio euacuaret̃:ꝛ ad iura.ſ.in cõtrariũ alle.dico ꝙ procedunt in termino perẽptorio ſtatuto ad ꝓbandũ peremptoriũ vel intentionẽ principalẽ.nã appellatio reſcindit oĩa,vt ſ.dixi.ꝛ ſic loquit̃ Archid.in.d.c.de illicita.ſꝫ nos loquimur in termino p̃fixo ad dilatorias ꝓponẽdas q hꝫ vim in hoc conteſtationis litis,cui⁹ effectũ nõ reſcindit appellatio.vt
31 ſ.dixi. ¶ Ultimo querit̃ an iudex ex officio ſuo poſſit opponere dilatoriã poſt lapſum termini in caſib⁹ in qb⁹ põt ex officio ſupplere.d.Ant.dt qḋ ſic alleg.bo.gl.in ſimili in c.in primis.ij.q.j.in ver.bo querẽdũ.ex qua colligi põt ꝙ iſti termini iudiciales lꝫ excludãt partẽ non tñ excludũt iudicẽ ꝓ hoc vr̃ bo.tex.in.c.cũ Joãnes.de fi.inſtr.ꝛ qḋ leg.ꝛ no.in.c.cũ clamor.de teſt.vide gl.no.in.c.j.de ele.li.vi.in ver.abſentia.in fi.vide ẽt ad limitationẽ p̃dictorũ Archi.xiij.q.ij.in ſumma qui dicit qḋ lꝫ poſt trienniũ pars nõ poſſet exci-
a pere,poterit tñ exceptionẽ prius ꝓpoſitã declarare [a]. qꝛ q declarat nihil agit de nouo,vt.l.heredes palã.ff.de teſta.ad hoc ego adduco bo.tex.in.c.cũ dilecti.de accu.ꝛ qḋ no.Inno.in.c.per inquiſitionẽ.de ele.ſcias ꝙ Innocen.plene hic tractat de dilatoria ſolutionis ꝛ ſimilibus,dicã poſt glo.j.eo.c.exceptionem.qꝛ hoc.c.eſt ſatis oneratum.

a ¶ Declarare.an poſt lapſum termini ad proponẽdas exceptiones,poſſit ꝓpoſitas declarare. vide.d.An.in.c.licet.in.vij.col.ſ.de ꝓba.

Sebaſti.Sapia.

b ¶ Declarare.vide Bald.in.l.j.§.huius ſtudij.col.j.ff.de iuſt.ꝛ iure. Are.l.l.heredes palam.§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen.Fulg.in cõſi.cxlvij.incip.viſa.in fi.ꝛ Roma.in conſi.xlv.inci.ſup eo.in princi.ꝛ And.ſicu.in cõſi.xviij.col.ix.in j.vol.ꝛ Joan.de ana.i ꝯſi.lxxxiiij.incip.vidẽdũ.colũ.ij.ꝛ ibi qualis debeat eſſe declaratio.

1 Excommunicatus põt appellare ꝛ omnẽ aliam defenſionem facere,reconuenire autem non poteſt.4.
2 Excõicatus conuentus põt per procuratoreꝫ reſpondere
3 Si vnus ex iudicib⁹ datis alleget̃ ſuſpectus:vel moriatur expirat iuriſditio omnium qꝛ cenſetur talis iuriſditio data pro parte.ſecus ſi inſolidum.
4 Exceptio qlibet maxime declinatoria põt dici defenſio.6.
5 Coram iudice ſuſpecto litigare periculoſum eſt.
7 Argumentum ab abſurdo validum eſt in iure.
8 Ex certa ſcientia aliqḋ nõ p̃ſumit̃ factũ niſi hoc exprimat̃.
Ex certa ſciẽtia qñ papa reſcribit cenſet̃ perinde ac ſi papa diceret ſe velle facere ex plenitudine poteſtatis.
9 Judices ſuſpecti vtrũ poſſint dari per papã ex certa ſcia.
Recuſatio iudicis eſt de iure naturali.
Princeps non tollit ea q̃ ſunt de iure naturali ſine cauſa.
In principe ſemper preſumitur iuſta cauſa.
10 Excommunicatus in caſu in quo poteſt eſſe in iudicio an poſſit petere ſententiam pro ſe ferri.
Excommunicatus conuentus non poteſt compellere actorẽ ad agendum ſi actor oblato libello negligit proſequi.
11 Reus quomodo dicatur actor in excipiendo.
12 Excõicatus an tãq̃ reus poſſit indiſtincte eſſe in iudicio.
Reus voluntarius aut neceſſarius quis ꝓprie dicatur.
13 Excõicatus põt eſſe in iudicio tanq̃ actor ſi reus eſt fugitiuus vel res eſt tpe peritura:ſed in hoc vltimo aliqui cõtra.
Geſta p excommunicatum coram ordinario valent anteq̃ꝫ repellatur:ſed coram delegato dubitatur.
Excommunicatus non interrumpit preſcriptionem cõtra ſe currentem per actus ciuiles ſed naturales ſic.
14 Excõicatus cõtra quẽ eſt facta miſſio in poſſeſſionẽ ex cõtumacia auditur poſtea petens poſſeſſionem ſibi reſtitui.
15 Excõicatus põt indiſtincte appellare ꝛ appellationẽ iudicialẽ ꝓſeq in caſib⁹ in qb⁹ poſſet nõ excõicatus idẽ facere.
Excommunicatus appellando ſi non fecerit mentionẽ de excommunicatione non reddit literas nullas.
16 Excommunicatus appellatus an poſſit aduerſario nõ ꝓſequente appellationem interpoſitam proſequi.
17 Excõicat⁹ an poſſit appellare extraiudicial̃r ꝛ ipam ꝓſeq
18 Excommunicatus an poſſit appellationem extra iudicialem ꝓſequi ſi poſt appellationem fuit excommunicatus.
19 Excommunicatus abſolutus an poterit apperlare:nõ obſtante quod tempora ſint decurſa.
Excõicato non valẽti ius ſuum ꝓſequi an currãt tempora.
20 Excommunicato quo caſu poſſit deferri iuramentum.
21 Preſbyter parochialis qui nõ exhibet ſcſa parochianis ſi petat ab eis decimas poterit repelli qḋ nõ exhibet ſcſa.
22 Sententia non retractatur ex eo qḋ dicatur lata a iudice ſuſpecto etiam ſi ſuſpicio poſtea detegatur.
Reſcriptum non redditur nullum ipſo iure ex eo quod ſit impetratum ſuper ſuſpecto iudice.
23 Excõicatus conuentus non põt petere debitũ compẽſari.
Compenſare non poteſt qui non poteſt agere.
Excommunicatus licet p aduerſarium non repellatur ab agendo poterit tamen a iudice ex ſuo officio repelli.
24 Compenſare eſt ſoluere adeo ꝙ qui iurat ſoluere ꝛ compẽſat non eſt periurus.
25 Excõicatus ſi aliqḋ ab eo petit̃ vigore alicuius cõtractus poterit a petente ſibi dari id qḋ tenetur ex eo contractu.
Excommunicatus ſi cõuenitur ab emptore vt tradat ſibi rem emptam,ipſe poterit petere vt pretium det.
26 Excommunicatus conuentus ſi non poteſt compenſare poterit eius fideiuſſor hoc facere ſi ipſe conueniatur.
Excõicatus repellitur a petẽdo ꝓpter communionis periculum vt rubore ſuffuſus citius ad communionem redeat.
Exceptio cõpetẽs reo principali cõpetit ẽt ei⁹ fideiuſſori.
27 Excommunicatus habẽs exceptionẽ non auditur implorans officiũ iudi.vt vigore dicte exceptionis imponat ſilẽtium actori nondum contra eum agenti.
28 Excommunicatus non poteſt ſuam iniuriam proſequi.

1 Cum inter. ¶ † Excõicatus excipere,appellare ꝛ oẽm ſuã defenſionẽ facere põt:ſed vt recõuenire non põt. Cõis diuiſio ſcõa ibi,ingſtioi. ¶ Caſus literalis. Inter priorẽ ꝛ ꝯuentũ de argẽtolio ex pte vna.ꝛ.S.nobilẽ virũ de malileone dioceſ.pictauieñ.ex altera ꝯtrouerſia ſup qbuſdã dãnis ꝛ reb⁹ ali⁹s vertebat̃ corã trib⁹ delegatis iudicibus ꝓpter hoc cõſtitutis:ꝓcurator ipſius nobilis excipiẽdo ꝓpoſuit ꝙ duos de iudicib⁹ habebat certa ratione ſuſpectos,ꝓcurator monaſterij allegauit qḋ cum nobilis ille excõicatiõis vinculo teneretur aſtrict⁹ exceptiones hmõi ꝓponere nõ valebat:iudices ꝯſulnerũt dñm papã. Rñdet papa ꝙ ipſi nobili qlibet legitima defenſio in iudicio reſeruat̃ ꝛ precipue iudicis recuſatio,cũ periculoſum ſit ſub iudice litigare ſuſpecto:et apoſtolica ſedes iudicibus

ſuſpectis

a ¶ Defenſio.Que aũt differentia ſit inter exceptiones ⁊ defenſiones. Vide gl.in.c.j.in ver.defenſionis.de lit.cõteſt.li.vj.ꝙ ſtricte apellatione vnius alia nõ cõtinet̃.ꝙ eſt no.ſm do.ibi ad ſtatutũ adde hic ꝙ in ſtatuto appellatiõe;exceptiõis non cõtinetur recuſatio.ad hoc eſt gl. in ver.exceptiones.quam ibi no.d.Ant.in.c.quoniam cõtra.de ꝓba.
Anto. Franciſc.

¶ An appellatione defenſiõis veniat exceptio: dicas ꝙ venit exceptio declinatoria,ſm Abba. in c.cũ inter.j.de excep.⁊ vide Card. in.cle.ſepe.in.§.j. de ꝟb.ſig. vbi dt ꝙ venit oĩs exceptio,niſi ſit friuola.⁊ vide eũdẽ in c.qualr̃,et qñ.el. ĳ.de accu.⁊ Bal. in.l.ſi qdẽ.C.ꝺ excep.vbi dt ꝙ appellatiõe defenſionis non venit negatio.
Sebaſti. Sapia.

b ¶ In reſcripto. Vide Imolã et alios i.l.qdã cõſulebant.ff.de re iudi.Are.i.l.põt qs .colũ.iĳ.ff.de vulg.⁊ pup.Fel. in.c.nõnulli.col. xv.in.iiĳ.fallẽtia. Vñ cõfirmat̃ iſta quarta fallentia. ſ.de reſcr.Et ibi qđ operet̃ certa ſcia principis:vide ẽt qđ Frã.cur. i ꝯſi.lxv.inci.ſup ꝑmiſſa. vbi plura ẽt adducit circa h qđ dꝛ cõſtare de certa ſciẽtia qñ ex narratis colligitur. Quid autẽ ſi pꝛiceps dicat expreſſe ſe feciſſe ex certa ſciẽtia,et ignoret qũo intelligant̃ illa ꝟba: vide pulchre per Car.in ꝯſi.cxlĳ.ĩ vlt.col.vltra ea q̃ adducit feli. hic.
Sebaſti. Sapia.

c ¶ Quid ſi Papa.an papa poſſit cõmittere cãꝫ recuſatiõe remota: vide late per Andr. ſicu.in.c.. ex parte.ĳ.de off. delega.

d ¶ Nõ poſſet ad de Fran.are. conſil.xxix.

e ¶ Petere.tu põdera,qꝛ vno permiſſo,vr̃ ꝑmiſſuꝫ id.⁊c.l.ĳ.de iuriſ. om.iu.and. bart.

f ¶ Excõicat⁹ Excipit ſi ſit re⁹ neceſſari⁹,nõ volũtari⁹.Et vide.d. Ant.in.c.exhibi

ſuſpectis ex certa ſcia cãm nõ cõmittit:vñ in talibus non cõſiderat̃ fauor excõicati,ſꝫ eqtas iudicãtis:⁊ abſurdũ eſt vt reo.ꝯ actorẽ defenſiõis copia deneget̃:qꝛ ſic cõdennaret̃ q deberet abſolui: cũ nec excõicato denegãda eſt ſñia qñ eſt in cauſa abſolutionis.⁊ ſi cõdẽnaret̃ põt appellare ſi ꝯ iuſtitiã fuerit ꝯdẽnat⁹.⁊ eadẽ rõne alia ſuffragia in vno ⁊ eodẽ iudicio nõ denegant̃ eidẽ:ſꝫ excõicat⁹ reconuenire actorẽ nõ põt:ne ꝙ in remediuꝫ defenſiõis ſuſtinet̃ ad impugnationis materiam
2 extẽdat̃.Bar. ¶ †No.j.excõicatũ poſſe cõueniri ⁊ rñdet tũc ꝑ ꝓcuratorẽ.An aũt poſſit ĩteruenire ꝑſonaliter. no.in.c.intellexim⁹.ſ.de iud.⁊ ibi ple
3 ne dixi. ¶ †No.quẽ poſſe oĩm iudicũ,iudiciũ declinare ſi hꝫ aliquẽ ex eis ſuſpectum.qđ intellige qñ nõ ſuſpectus nequid ꝓcedere ſine ſuſpecto.ſicut enim ceſſat iuriſdictio aliorũ ꝑ mortẽ vni⁹.in c.vno delegatoꝝ.de off.dele.ita ⁊ per ſuſpicionẽ. Et rõ rõnis eſt qꝛ exercitiũ iuriſditionis cõpetit oĩb⁹ delegatis ꝑ parte ⁊ nõ inſolidũ:vt no.in.c. prudẽtiã.de of.dele.ſec⁹ dic vt ibi ex forma reſcripti vn⁹ põt ſine alio ꝓcedere:⁊ hoc caſu de modo ꝓponendi ⁊ ꝓcedendi in cã recuſatiõis:dic vt le. ⁊ no.in.c.ſi ꝯuñ.de off.dele.li.vj.dixi in.c.ſi quis
4 contra clericũ.de fo.cõpe. ¶ †Not.iĳ.regula qđ oĩ defenſione legitima põt excõicatus vti:impugnare ꝟo aliũ directe vel indirecte nõ põt:⁊ hec eſt alia regula q̃ i fi.c.colligit̃.Et ex hoc ⁊ ex tex, no.ꝙ oĩs declinatoria iudicĳ,maxie rõne ſuſpe
5 cti iudicis põt dici defenſio. ¶ †Itẽ no.periculo ſum fore cozã iudice ſuſpecto litigare.concor.c.
6 qđ ſuſpecti.iĳ.q.v.vbi eſt bo.tex. ¶ †No.ibi:ſed eqtas.ꝙ exceptio fundat̃ ſup eqtate per hoc:qꝛ
a exceptio eſt defenſio:[a] vt hic.⁊.c.exceptio.ff.eod. defenſio ꝟo eſt de iure na.in.cle.paſtoralis. de re iud. ¶ No.iudiciũ nõ debere claudicare: claudicare aũt ſm Gof.ſi audiret̃ inpugnatio ⁊ nõ defenſio puto ꝙ ſemꝑ diſceret̃ claudicare vbicunqꝫ iudex penderet ad alterã partiũ forte fauore vel odio ꝑſone lꝫ ſit diſparitas ĩter ꝑſonas:qꝛ in iudicio nõ debet eẽ acceptio ꝑſonarũ.de iudi. nouit.
7 ¶ †No.ibi:abſurdũ.ꝙ vꝫ ar.a vitatione abſurditatis ſil'e ar.facit tex.in.c.ex ore.de priui.⁊.c.quã
8 admodũ.ſ.de iureiu. ¶ †No.ꝙ in dubio Pape non cenſet̃ cõmittere cãm ſuſpectis ex certa ſcia. Qñ autẽ dꝛ facere ex certa ſcia dic qñ hec exprimit,ar.in.c.paſtoralis.§.ꝑterea.de of.dele.et not. gl.quã tenebis mẽti in cle.ĳ.de reſcrip.Idem dic
b vbi ex his q̃ in reſcripto[b] exprimunt̃ ptꝫ de certa ſcia pape.vt not.voluit Inno.in.c.pñti.ꝙ hodie incipit ſtatutũ.de reſcri.li.vj.ſentit Ioã and.in.c. nõnulli.e.ti.⁊ ſcias ꝙ qñ papa actũ gerit ex certa ſciẽtia perinde eſt ac ſi diceret ſe velle facere ex plenitudine ptãtis ſi illa opus eſt in actu q gerit̃ vt eſt glo.ſuper menti tenenda.in.c.ad hec.de reſcri.facit ꝙ in.c.ex multiplici.in fi.de deci.⁊ in.c. j.de conſti.li.vj. ¶ Not.in ver.qua rõne ⁊c.ꝙ vno cõceſſo vident̃ oĩa ſimilia fore cõceſſa facit.c.cuꝫ dilecta.de cõfir.vtil.vel inutil.⁊ qđ not.glo.in.l.j. C.de cõdi.inde. ¶ Not.ꝙ recõuentio non eſt defenſio:ſꝫ impugnatio:⁊ cui ꝓhibet̃ cõuentio prohibet̃ etiã recõuẽtio.nã recõuentio eſt ſcđa conuẽtio:vt in.c.j.⁊.ĳ.de mu.peti.⁊.c.fin.de ordi.cog.
9 ¶ †Anteꝗ̃ deſcendã ad gl.quero pro declara
c tiõe predictorũ ⁊ tex.qđ ſi papa[c] ex certa ſcia cõmitteret cãm ſuſpectis nunqđ valeret cõmiſſio. Hoſti.dicit ꝙ ſic:per.c.ex pte.ĳ.de off.dele.dicit tñ hoc non dicere:qꝛ ſic poſſet de facili grauari ⁊ dãnari innocens qđ eſſet iniquũ.de proba.qm̃ ꝯ nec inde debent iniurie naſci vñ iura naſcunt̃.de actu.c.qualiter ⁊ qñ.j.Idem qđ Hoſti.hic tenuit Innoc.c.ex tranſmiſſa.de fo.cõpe.Ego vero aĩr dicerẽ ꝙ ſic qđ aut papa cõmittit cauſam cuius deciſio pendet a poteſtate ſua ⁊ procedat dictum

ta in antepe.colũ.de iudi.⁊ de hoc vide late per.d. Ant.in.c.dilecti.in iĳ.col.j.eo.ti.⁊ ad idem vide Pau.de Caſt.in.l.libertus a patrono.ff. de in ius voc.⁊ ꝓbat̃ in.l.de pupillo.§.in inducẽdo.⁊ ibi per Bar.ff.de ope.no.nun.⁊ per Bar.in.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ.cog. ⁊ adde quod excõmunicatus poteſt opponere exceptionẽ preſcriptionis,ſm Bald.in c.intelleximus.ſ.de iudi.

Hoſti.ad hoc qđ no.in.c.veniens.de iureiur.aut nõ depẽdet a ptãte ſua:puta qꝛ agit̃ de ſtatu perſone vel de reb⁹ tpalib⁹ inter laicos,⁊ tunc puto
d ꝙ ſine cauſa rõnabili non poſſet[d] cãm ꝯmittere ſuſpecto parte reluctãte,qꝛ recuſatio iudicis eſt de iure na.vt ꝓbat̃ in.c.qđ ſuſpecti.prealle.⁊ in.c. ſecundo requiris.in fi.de ap.ea vero que ſunt de iure na.ꝑ principẽ ſine cã tolli nõ pñt.d.cle.paſtoralis.inſti.de iur.na.gẽ.⁊ ciui.§.ſꝫ naturalia.⁊ hoc videtur ſentire glo.in.c.ad hec.de reſcri.q̄eſt no.in fi.iĳ.gl.In dubio tñ forte preſumeret̃ iuſta cã in principe.iuxta no.in.c.que in eccleſiarũ.de cõſti.⁊ ꝑ legiſtas.in.l.fi.⁊.l.preſcriptione.C.ſi cõtra ius vel vtili.pub.⁊ ad hanc diſtinctionẽ puto
10 reducendũ.c.ex parte.ꝑalſ. ¶ †Scđo quero nũ qđ excõicat⁹ in caſibus in quib⁹ põt eſſe in iudicio poſſit petere ſñiam pro ſe ferri.Sol.iſte text. in ꝟ.porro videt̃ innuere ꝙ ſic,⁊ clarius hoc ſentit.d.Ant.in quodã notabili dicens ꝙ in caſib⁹ in quib⁹ excõicat⁹ põt eſſe in iudicio nõ ſolũ eẽ põt inquantũ repellit ſñiam pro alio ferẽdã ſed ẽt inquantũ cõſequi velit iuſtã ſñiam ꝓ ſe.Ego dicerẽ ſic,ꝙ aut excõicat⁹ eſt in iudicio vt actor in caſu quo põt vtputa in cã abſolutiõis ⁊ procedit dcm̃.d.Ant.qꝛ ex quo ius ꝑmittit vt poſſit
e vr̃ ꝑmittere vt ſñiam poſſit petere[e] facit.c.j.ꝺ reſcrip.li.vj.⁊ ſic ꝓprie iſte tex.loquit̃ in ver.porro. Aut eſt in iudicio in caſu in quo eſſe nõ põt ⁊ tũc in qualibet ꝑte iudicĳ põt repelli etiã ex officio iudicis vt in.c.pia.j.e.ti.li.vj.⁊.c.exceptionem.ĩ. eo.Aut eſt in iudicio vt re⁹:⁊ puto ꝙ non poſſit petere ſñiam ꝓ ſe,qꝛ nihil põt ĩ iudicio petere.ſ. de iu.c.intellexim⁹.licet iudex ex officio ſuo poſſit illũ abſoluere ſi videat actorẽ non ꝓbaſſe,vñ credo quod ſi actor oblato libello negligit ꝓſequi non valeret ipſe excõicatus petere ipm̃ actorem compelli ad agendum,iuxta aut̃.qui ſemel. C.quõ ⁊ quãdo iud.qꝛ ſolum põt ſtare in iudicio quatenus ab alio ſtimulatur ne reportet commodum de ſua malitia:vt.d.c.intelleximus.que quidem ratio ceſſat actore nõ proſequẽte,de quo vi
11 de qđ non.d.c.intelleximus. ¶ †Venio ad gl. ⁊ opp.videt̃ enim qđ excõicatus non poſſit etiã excipere qꝛ reus in excipiendo ſit actor.l.in exceptionib⁹.ff.de proba.Sol.gl.j.ſentit hic cõtrariũ in prima parte ſed formaliter nõ ſoluit.dic ꝙ efficitur actor quo ad onus probãdi nõ aũt eſt actor proprie,qꝛ nõ petit ſibi aliqđ adiudicari vel dari ſeu fieri ſed intẽdit repellere actorẽ in totũ vel in partẽ a petitiõe ſua.l.exceptio.ff.de excep.⁊ ſic ꝺfendit ſe aduerſus actorem,oĩs aũt defenſio ſibi reſeruatur.vnde ſm glo.eadẽ defenſio cõpetit excõicato que cõpetit non excõicato qđ no.ꝓpter qđ poteſt appellare ⁊ appellationẽ ꝓſequi,quia appellatio eſt quedã defenſio ⁊ principaliter inſtituta ad remouendum grauamẽ.c.ſuggeſtũ.in
12 fi.de ap. ¶ †Aduerte ꝓ clara expeditiõe iſtius partis duo ſunt vidẽda.Primo nũquid excõicatus poſſit ſemper vt reus eſſe in iudicio.Scđo an indiſtincte poſſit appellare ⁊ appellationem proſequi. ¶ Circa primũ dicit hic Inn.ꝙ excõicatus vt reus neceſſarius põt eſſe in iudicio ⁊ oĩ defenſione vti.⁊ de tali reo põt intelligi iſte tex. ⁊ dicitur neceſſarius cũ actio dirigitur cõtra eũ vel ſpãlirer vocatur ad iudiciũ,redditur enim iudiciũ in inuitũ,vt.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichũ.
f ff.de verb.obli.Si aũt excõicatus[f] venit vt reus voluntarius nõ eſt audiẽdus ſm eum.Et dicit̃
g volũtarius[g] qñ nõ neceſſitat̃ per iudicẽ venire ad iudicium,ſed qꝛ ipſe volũtarie venit forte pro ſuo intereſſe vel communi.exemplum in autẽti. ſi omnes.C.ſi vt ſe ab heredi.abſtine.vbi dicitur quod cuꝫ minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionem hereditatis vocãdi ſunt omnes creditores

¶ Adde ꝙ licet excõicatus non poſſit agere,qđ tñ põt cõmiſſionẽ impetrare in curia Ro.vt dñt do.de Ro.deci. ccccccxciiĳ.ĩ antiqs.de ſent.excõ. Itẽ poteſt beneficiuꝫ acceptare, vt dicũt ĳdẽ do. eo.ti.deci.cxxvj. optare tamen ꝑbendam non poteſt,vr̃ ibidem.
Anto. Franciſc.

¶ An excõicatus poſſit impetrare bñficiũ eccl'iaſticuꝫ,habet̃ in.c.poſtulaſti.ꝺ cle.excõ.mi.vbi hr̃ qđ nõ.Et viđ do.Car.in cle.j.ĩ §.j.de relig.do.⁊ dños de Rot.in deci.cxlix.incip. nota ꝙ non admittit̃ in antiqs. vbi dicũt hoc eẽ verũ ĩ excõicato a lege ſec⁹ in excõicato ab hoĩe. ⁊ vide.d.de Ro. in deciſ.clxxv.in anti.vbi dicũt ꝙ non põt optare. de quo in.c.referente.de preben. vtrũ autẽ poſſit impetrare reſcriptũ,vide que plene habentur per Andr.ſicu.ĩ.c.ſignificauerunt.in vlt.col.de excep. ⁊ ꝑ Phi.frãc.in c.bone.de appel. ⁊ per Spe.in tit. de actioni.§.j.in verſi.item qđ eſt excõicatus.⁊ de reſcrip.preſen.in §.v.in ver.ad primum.⁊ per Io. And.in.c.j.de reſcript.li.vj.⁊ per Car.in cle.iĳ.in.j. q.iiĳ.vt lite pen.
Sebaſti.Sapia.

g ¶ Volũtarius. Quis ſit re⁹ neceſſarius,⁊ quis voluntarius,declarat Bar.⁊ latius Alexã.in.l. de pupillo.§.ſeruos.ff.de oper. no.nunt.Ro.in conſil.ccxvĳ.incip.res iſta.

Sebaſti.Sapia.
a ¶ Reſtitutionẽ ſpoliatiõis.vide Fel.i.c.dilectus.col.pe.Xſi.no.re gulã.ſ.de reſcri.
b ¶ Cõtra reum. an excõicat⁹ poſ ſit petere reuoca ri tenutam,⁊ de hoc aliqd per.d. Anto.in.c.dile ctus.el.j.d reſcri. ⁊ per Do .poſt Jo.and.c.j.in.ij. col.de reſcrip.in vj.Quid de bã nito,vide Bart. in.l.nõ cogendũ. §.ſi ꝓcura.ff.de ꝓcu.⁊d.q.hic po ſita in terminis: vide Lapũ alle. ly.in.iiij.col. zacharias.
¶ Adde Inno. in.c.dilecto.de X bo.ſign.⁊ Butr. hic qui tenẽt gl. d.Anto.de quo Spe.i ti.de ꝯtu. §.ſi.Xſi.ſz pone. Alex.in.l.liber tus.de in ius vo. Bald.in addit. Spe.in ꝑalle.tit. de cõtu.X.an ve niẽs.Gemi.in.c. j.⁊ibi i apo.Celſi de reſcri.lib.vj.⁊ Bal.⁊ Paul.de Cã.in.l.teſtamẽ tã.C.de teſta.
¶ Adde Cald. ꝯſil.j.de arbi.vbi ponit an petenti reductionem ad arbitriũ boni vi ri obſtet exceptio excõicationis. Anto. Franciſ.
¶ An excõica tus:vel bãnitus poſſit petere re uocationẽ tenu te,dicas vt habe tur p doc.in.c.in tellexim⁹.de iu di.⁊ an eodẽ mõ poſſit petere re uocari attẽtata appellatione pẽ dẽte:vide Jo.de imo.⁊ Phi.in.c. bone.de app.vbi dicũt ꝙ ſic,ſi ap pellatio ſit iudi cialis:ſecus ſi ſit extraiudicialis: vt p Jo.an.i.c.j. de except.lib.vj.
Sebaſti.Sapia.
b ¶ Cõtra reum. Uide Ro.in ꝯſ. ccxvij.incip.res iſta.⁊ iſtellum de ſancto Gemi.in trac.bannitorũ. in.j.parte ſecũdi tpis.q.lxiiij.Fel.

vel pone exẽplũ in.c.veniẽs.ij.de teſti.dicit tamẽ Inn.ꝙ ſi in libello ſpecificaret certa ꝑſona vt ſi petat minoꝛ vel eccl'ia reſtitui ꝯ ſniam ꝓ petro ꝯ ſe latã:vel qꝛ dãnoſa eſt hereditas ꝓpter debita Petro vel ꝓpter legata ſibi relicta:tũc Petrus veniẽs audiret excõicatione nõ obſtante cum vi deat cõtra ipm ſpãliter actio dirigi:vñ põt dici reus neceſſarius.Dicit tñ ꝙ aliq dicũt ẽt hoc ca ſu ipm eſſe repellẽdũ.d.Ant.dicit iſtũ nõ admit tendũ qñ acta iſti tertio nõ ꝑiudicarẽt vel ſi ꝑiu dicarẽt nõ tñ in ſuo iure priuato vel eccleſie ſue: al's cũ ſtimulet a ꝑiudicio ſnie q̃ ei ꝑiudicat pote rit appellare:qꝛ iſte eſt re⁹ neceſſarius.hic eſt.d. Hoſt.j.e.dilecti ſentit Inno.in.c.ſup his.j.de ac cu.⁊ facit qd.j.dicã.de app.extraiudiciali.Tene ergo ꝙ aut ille cõparẽs ꝓ ſuo itereſſe vult aliqd cõſequi ⁊ nõ admittit:qꝛ eſt mere volũtari⁹.in.c. pia.j.eo.ti.li.vj.Aut vult euitare ꝑiudiciũ ⁊ gra uamen ſibi imminens niſi cõpareat ⁊ dz audiri ſicut eſt videre in appellatione.nã ad appellãdũ nõ moleſtat per iudicẽ ſed ſolo ꝑiudicio ſnie:eſt enĩz iſta mere defenſio q̃ indiſtincte permittitur excõicato:vt hic.⁊ de hac materia vide qd not.j. eo.c.dileccti.hec ꝓcedũt qñ timẽt preiudiciũ ſibi inferendũ vel illatũ p iudicẽ:ſi aũt grauat extra iudiciũ per priuatũ nõ auditur cõquerens etiaz
a ſi petit reſtitutionẽ ſpoliatiõis:[a] vt in.c.ij.de oꝛ. cõg.no.gl.in.c.ex inſinuatiõe.de ꝓcu.⁊.c.in noĩe dñi.xxiij.di.⁊ Inn.in.c.cũ noſtris.de conceſ.pre ben.⁊ no.in.c.dilectus.de reſcrip.diuerſitatis ra tio põteſt eſſe iudicio meo;qꝛ primo caſu mere ſe defendit nec intẽdit principaliter ꝯſequi,vt hic. In ſcdo vero vult cõſequi ⁊ aliũ impugnat:ideo nõ audit nec fit preiudiciũ irreuocabile ſi nunc nõ audiat cũ obtẽta abſolutione poterit agere, ſed in iudicialib⁹ niſi audiret de pñti non poſſet poſtmodũ agere obſtãte tranſitu in rẽ iudicatã.
13 ¶ † Et per hãc rationẽ puto poſſe attentari qd ſi reus eſt fugitiuus,vel res eſt tempoꝛe peritura excõicatũ debere audiri:ſtimulat enĩ ad agendũ ex imminenti preiudicio põt dici defenſio que dã,⁊ hoc eſt equiſſimũ.facit qd leg.⁊ no.in.l.ait ꝑtoꝛ.§.ſi debitoꝛẽ.ff.de his que in frau.credi.⁊ in l.nullus.C.de iudeis.hoc tñ puto verũ reſpectu debitoꝛis fugiẽtis:ſed ſi res eſſet aliter tempoꝛe peritura.ſec⁹ poſſet dici cũ poſſit facere ſe abſol ui:⁊ hoc expreſſe tenet Hoſt.in.c.ſignificauerũt. vbi dicit qd ſi actio excõicati perit tpe nõ p hoc dz admitti ⁊ ſi de facto fuit admiſſus non valet etiã quo ad interrũpendã preſcriptionẽ:vñ dicit ſe putare ꝙ nulla ciuilis interruptio habet excõi catum iuuare.ff.de regu.iur.l.qd quis.⁊ in.c.j.de poſtu.pla.naturalis vero q̃ oibus ꝓdeſt ſibi ꝓ derit.ff.de vſuca.l.naturaliter.primũ dictũ vt nõ valeat iudiciũ ad interrũpendã preſcriptionẽ ſi de facto fuit admiſſus,nõ puto verum;qꝛ oia ge ſta corã ordinario tenẽt anq̃ repellat,vt i.c.pia. de excep.lib.vj.ſed corã delegato impetrato tem poꝛe excõicationis poſſit dubitari,qꝛ illa geſta nõ tenẽt:vt in.c.j.de reſcri.li.vj.vnde eſſet incide re in qõnẽ,an ꝑ actũ iudicialẽ nulla interrũpat
14 ꝑſcriptio.de quo dicet.j.ti.de preſcri. ¶ † Quid
b aũt ſi contra reũ[b] neceſſariuz fuit facta miſſio in poſſeſſionẽ ob ꝯtumaciã poſtmodũ i excõicatio ne exiſtens petit poſſeſſionẽ ſibi reſtitui:nunqd debeat audiri,vide qd dixi in.c.qm̃.§.in alijs.et ſeq.ſ.vt li.nõ cõteſt.⁊ per Spe.in ti.de cõtu.§.ſi. X.ſz pene pleni⁹ p Bar.in.l.de pupillo.§.ſi.ff.de no.ope.nũ.vbi cõcludit ꝙ aut venit vt re⁹ princi paliter ad ſubeundã defenſionẽ cauſe,⁊ ꝯñr ad rẽ cuperandã poſſeſſionẽ ⁊ debet audiri,qꝛ reus eſt attẽto ꝑncipali.ar.in.l.ſi pupill⁹.§.j.ff.de priuil. cre.⁊.d.c.j.§.in alijs.Aut principaliter petit re ſcindi qd factum eſt cõtra ſe vel petit poſſeſſio nẽ ſibi reſtitui:⁊ dꝛ actoꝛ.arg.l.in trib⁹.ff.de iudi. vnde oia iura illa loquẽtia de actoꝛe habent lo cum in iſto,⁊ ſic nõ vult reũ debere hec vltimo ca ſu audiri:⁊ idẽ hic.d.Ant.Ego dico hic vltimũ nõ ꝓcedere,qꝛ venit ſtimulatus ex facto iudicis ⁊ ſic eſt re⁹ neceſſari⁹.Queadmodũ enĩ reus gra

uat⁹ appellat vt defendat ſe aduerſus ſniam:vt hic ⁊.j.c.pe.⁊ ſi.ita iſte grauatus per miſſionem, ⁊ ſic per interlocutoꝛiã iudicis põt cõparere ⁊ al legare defenſionẽ ſuã ⁊ petere grauamẽ reuoca ri:maxime ſi timet ne lapſu anni miſſus efficiat ver⁹ poſſeſſoꝛ,⁊ ſic ꝑdat poſſeſſionẽ,vt in.d.§.in
15 alijs. ¶ † Uenio ad ſcdm vcz an excõicatus va leat indiſtincte appellare ⁊ appellationẽ ꝓſequi ⁊ dic ꝙ aut querit de appellatione iudiciali aut
c extraiudiciali.Primo caſu põt excõicat⁹[c] ſemꝑ appellare:eo tamẽ caſu quo poſſet non excõica tus.In hoc enim nõ differũt,vt hic,etiã ſi excõi catus fuit actoꝛ oꝛiginarius,qꝛ ad actũ appella tiõis venit neceſſitatus ſtimulo ſnie:vt pꝛobat in.c.ſignificauerũt.j.e.tit.⁊ appellationẽ a ſe in terpoſitã ꝓſequi ⁊ literas ⁊ ſuꝑ ea impetrare:ẽt mentionẽ de excõicatione nõ faciẽdo.vt ꝓbat.j.
16 e.ti.c.ſi. ¶ † An aũt excõicatus appellatus poſ ſit appellationẽ interpoſitã per aduerſariũ pꝛo ſequi aduerſario.non pꝛoſequẽte videt qd ſic,qꝛ nõ excõicatus poſſet eã ꝓſequi.j.de ap.c.oblate. ergo idẽ in excõicato cũ in hoc differãt,vt.ſ.di xi.contrariũ videtur velle Joã.an.in.c.pia.pꝛeal leg.qꝛ reſpectu pꝛoſecutionis excõicatus nõ ſti mulatur cũ rata remaneat ſnĩa pꝛo eo lata aduer ſario nõ pꝛoſequente.j.de ap.c.perſonas.⁊.c.cuz ſit.quod placet.ad quod facit quod.ſ.dixi.
17 ¶ † Scdo caſu[d].ſ.cũ querit de appellatione ex
d traiudiciali.[e] Inno.fuit varius.hic tenuit ꝙ nõ
e cũ talis appellatio ſit ad cãm pꝛouocatio,vt.d.c. cũ ſit.⁊ ſic habet vim conuentionis que excõicã to interdicitur.Contrariuz ſentit in.c.dilecti.de ma.⁊ obe.Jo.and.poſt alios concoꝛdando dicit in.d.c.pia.qd aut appellatio eſt mere extraiudi cialis ⁊ ꝓcedit primũ dictũ.Aut nõ eſt mere ex traiudicialis ⁊ ꝓcedit dictũ contrariũ ponit exẽ plũ hui⁹ vltimi dicti in eo qꝛ appellat ab execu toꝛe volẽte alicui pꝛouidere de beneficio qui põt vexare ⁊ grauare,dicit.d.Ant.primũ dictũ pꝛo cedere inquantũ appellat a grauamine futuro. ſcdm inquãtũ a grauamine ꝑterito quo ad finez deuoluendi.iuxta not.in.c.bone.de ap.putat tñ ꝙ deceret audiri cũ ſtimulet a grauamine maxi me vbi eſt grauamen poſſeſſionis:hoc dictũ pu to oĩno falſum,qꝛ talis appellatio eſt oĩno extra iudicialis cũ ſit ad cãm pꝛouocãtio nec ob gra uamen imminẽs cũ vt.ſ.dixi non poſſit petere reſtitutionem etiã ſi fuit ſpoliatus nec hoc caſu defendit ſe:ſed poti⁹ vult aliũ impugnare:⁊ po terit abſolutione obtenta agere cũ nullũ ſit ſibi iuris pꝛeiudiciũ.tene ergo ſimpliciter dic.Jo ã.
18 an. ¶ † Juxta ꝑdicta quero pone qd aliquis nõ excõicatus extra iudiciũ appellauit,⁊ poſtea ex cõicatur nũqd pꝛedictã appellationẽ pꝛoſequi poterit nõ obſtãte ꝑdicta excõicatione q̃ ſupue nit,⁊ intellige vt ꝓcedat dubitatio in appellatio ne mere extraiudiciali.Inn.diſtinguit ꝙ aut ne gotiũ eſt delatũ ad ſuperioꝛẽ:puta qꝛ poſt appel lationẽ ⁊ añ excõicacionẽ grauat⁹ fuit in eo ſuꝑ quo appellauit maxime ſi arripuit iter eundi ad curiã añ excõicationẽ,⁊ poterit dictã appellatio nẽ ꝓſequi.ar.iij.q.ix.reuera.qꝛ gñaliter dꝛ excõi catũ poſſe ſuã appellationẽ ꝓſequi,vt in.c.ſi.j.e. ti.⁊ qꝛ iam videt ceptũ iudiciũ vel appellatiõis cã.ad hoc.qd not.de offi.delega.c.gratũ.⁊.c.cum cãm.Aut añ excõicationẽ nõ fuit grauat⁹:⁊ per cõſequẽs appellatio nondũ habebat effectũ nec negotiũ erat tranſlatũ ad ſuperioꝛẽ ⁊ non pote rit hoc caſu appellationẽ ꝓſequi.Refert tamen Inno.alios tenere contrariũ dicẽs ꝙ indiſtincte talem appellationẽ poterit pꝛoſequi excõicatus do.Ant.tenet primã diſtin.⁊ reddit rationẽ di uerſitatis inter primũ caſum ⁊ ſcdm dicẽs ꝙ qñ iam ſuperuenit grauamen ſe defendit ſtimulat⁹ qd nõ eſt añ ideo repellit.hec iudicio meo nõ eſt ſufficiẽs diuerſitatis ratio,qꝛ tpe pꝛoſecutionis ſemꝑ reperit grauamen pꝛeceſſiſſe,⁊ ſic ꝑm rationem ſemper deberet admitti cũ veniat a graua mine ſtimulatus qd eſt falſum.Ego autez ſaluo melioꝛi iudicio dicerem qd nec in primo caſu nec in ſecundo

in.c.intellexim⁹. ſ.de iudic.col.ij. ver.vtrũ aũt ex cõicatus.⁊ in.c. ſignificauerunt. j.eod.
c ¶ Excõicatus. Sz tu hoc intel lige verũ,ſi antẽ ꝙ pꝛoſequeretur appellationẽ pe tat ſe abſolui ab excõicatiõe:nã ſi hoc non petit:re pellit a pꝛoſequẽ do,tanq̃ contẽ nens excõicatio nem.ita no.limi tat.d.Anto.in.c. ab excõmunica to.in.xxiij.col.de reſcri.⁊ vide Ar chi.iiij.q.j.i ſum. vltra mediũ.vbi dicit ꝙ nulla de fenſio,ſiue odio ſa,eſt denegãdã excõicato:vel he retico:vt vr̃ re pꝛobare:bi dictũ Uin.i.c.ſi aduer ſus.de here.q di xit ꝙ mulier he retica nõ poterit vti beneficio vel leiani:qd erat in ductũ in fauoꝛez mulierũ:ſed dice bat qd bñ heretĩ cus poterat ſe iu uare auxilio ma cedoniani:cum nõ ſit inductũ in fauoꝛẽ,ſz in odiũ creditoꝛũ.Itẽ vi de qd de hoc no. Archid.in.c.qd autem.in.ij.colũ. iiij.q.j.
d ¶ Secũdo caſu. vtrũ excõicatus poſſit appellare extra iudiciũ:et de hoc per Pet. de anch.in.c.con certationi.circa pꝛin.de ap.eo.li.
Sebaſti.Sapia.
e ¶ Extraiudicia li.Uide Phil. peru.in.c.bone. in.xi.q.j.de app. Gemini.in.c.j.§. j.col.ij.verſ.quid de appellatione extraiudiciali.de excep.in.v.

in ſcdo pôt excõicatus proſequi ex quo appellatio eſt mere extraiudicialis. Moneo ꝑncipaliter q appellatio extra iudiciũ nõ ē ꝓprie ⁊ ſtricte appellatio: ſed potius quedã ꝓuocatio ad cauſam, vt eſt tex. fin. in. ð. c. cũ ſit. nec ſuperueniẽtia grauaminis mutat naturã iſti⁹ appellatiõis ſed eã verificat ⁊ facit eã vires aſſumere vbi primo erat quaſi conditionalis ⁊ pẽdebat a futuro grauamine, vñ regulariter nõ tenet appellat⁹ cõparere ad terminũ appoſitũ per appellãtẽ: ſed dȝ iudex ad ipſi⁹ inſtantiã citare aduerſariũ, vt no. gl. in. ð. c. cũ ſit. ⁊ Inno. in. c. dilecti. ð ma. ⁊ obe. ⁊ ſic cũ appellãs ſemꝑ teneat locũ actoris poteſt ſemꝑ repelli ꝑtextu excõicationis etiã ſuperueniẽtis, vt in. c. prudentiã. §. vj. de off. dele. ⁊. j. e. c. exceptionẽ. ⁊ in. ð. c. pia. Nec ob. c. fi. ſ. e. ſuper quo ſe fundat Inn. dicens ibi caueri excõicatũ poſſe appellationẽ ꝓſequi, q loquit̃ de appellatiõe ꝓprie ſumpta. ſ. iudiciali, nã niſi tũc poſſet appellare ⁊ appellationẽ ꝓſeq ſentẽtia trãſiret in rẽ iudicatã. ⁊ ſic ꝓprie ſe defendit appellãdo ⁊ appellationẽ ꝓſequendo: ſed nos loquimur i appellatiõe extraiudiciali ⁊ in grauamine extraiudicialeter facto per partem quo caſu ceſſant rationes ꝑdicte, tñ poterit poſtmodũ qñcunqȝ ꝓſequi grauamẽ ſaltẽ per viã querele. ð app. c. cõcertationi. li. vj. ⁊ ſic non timet̃ de tranſitu in rem iudi. nec ob. qð opponitur de grauamine: q hoc idẽ eſt reperire: circa omnẽ appellationẽ ⁊ tamẽ non pôt excõicatus id proſequi etiã ſi fuit ſpoliatus: vt. ſ. dixi: licet ſpoliatio ſit in multis priuilegiata. de ordi. cog. c. fi. ad hoc fa-
19 cit qð. ſ. dixi. ¶ † Iuxta ꝑdicta querit̃ ſupra vidim⁹ qñ excõicat⁹ appellare non pôt, non queritur an in aliĳs caſibus poterit ſaltẽ abſolutus appellare nõ obſtãte lapſu decẽdĳ a tẽpore grauaminis ſeu ſententie. Solu. Inno. ponit circa hoc duas opi. Prima vt poſt abſolutionẽ audiatur non via directa ſed per reſti. in integ. debet em̃ ſibi reſtitui facultas appellãdi ex quo nec per ſe nec ꝑ procuratorẽ potuit excõicatione obſtante ius ſuũ proſequi. ff. ex qui. cau. maio. l. ſȝ ⁊ ſi. ff. de mino. l. papinianus exuli. Scða opinio eſt qð excõicato nõ currit tempus ex quo nõ potuit agere ſeu appellare: vnde poſt abſolutionẽ poterit appellare intra. x. dies quaſi tempus decendĳ ad appellandũ currat poſt abſolutionẽ obtentam, ⁊ inducit in ar. quod excõicato tẽpus non currit: vt in. c. q diuerſitatem. de cõceſ. preben. fatetur tamen Inn. qð factum cõtra excõicatũ tenet nec pôt retractari: q vocatus nõ fuit vel admiſſus ꝙuis nõ excõicatus poſſet ob hoc dicere actum nullũ, vt no. ſ. de procu. c. in noſtra. hoc vltimũ. dictum Inno. itelligo qñ actio non dirigebat̃ ſpecifice contra excõicatum, vt puta cũ petit̃ cõfirmatio electionis vel in caſu aut̃. ſi oẽs. C. ſi vt ſe ab here. abſti. vel ſimili. alias dicerẽ actum nullũ ſi proceſſum fuit cõtra excõicatuȝ eo nõ vocato. ar. hic iũcto. c. olĩ. ĳ. q. ix. c. caueãt. Sed circa principale di-
a ctũ plus placet Inno. prima opi. vt audiat̃ per viã reſtitutiõis [a] quã dicit concedendam qð aliter ſuper iure ſuo ſibi ſubuenire nõ poteſt. Si aũt aliter agere poteſt vt in cõfirmato qui poſt cõfirmationẽ poteſt accuſari de criminibus nõ reſtituet̃ iſte nunc abſolutus ad appellandũ. ad predicta facit. c. cõſtitutus. de app. iũcta. l. j. ⁊. ĳ. ff. ex q. cau. ma. Aduerte q idẽ Inno. in. c. prudentiã. de offi. dele. videtur magis accedere ad ſcðam opi. dicit em̃ qð ſi excõicatus nõ fuit admiſſus ad agendũ poſt abſolutionem agere poterit preſcriptione non obſtante: q per iudicem vel aduerſarium ſtetit quomin⁹ ageret i tpe, adducit no. in. c. ex rõne. j. de app. Hoſt. hic non placet prima nec ſcða opi. primã impugnat ex eo q cum fuerit excõicatus ꝓpter delictũ ſuum nõ meretur reſtitu. in integ. licet aliud ſit in abſente cauſe reipub. vel in detento iuſto impedimento in quib⁹ caſibus loquuntur iura ſuperi⁹ inducta per Inno. vnde de vno caſu ad aliũ non eſt bona illatio. Secundam opiñ. impugnat: q aut fuit caſus in quo poterat excõicat⁹ appellare: ⁊ ſic currit ſibi decendium cum appellare poſſit, vt hic. ⁊. j. e. c. fi. Aut erat caſus in quo nõ poterat appellare, ⁊ tũc ceſſat qſtio. Sed in. c. ſignificauerũt. j. eo. format queſtionem. nunquid excõicat⁹ poſſit petere reſtitutionẽ cõtra ſententiam a qua nõ appellauit; refert cõtrarias opi. ipſe vero dicit qð ſi petit̃ reſtitutio ex clauſula gñali tali clauſula expreſſa qua probata niſi ſubueniretur dãnaret̃ innocens vel periret aĩa ſubueniendum eſt. ar. hic. ⁊. ſ. de in inte. reſti. c. ex literis. Si vero petit̃ reſtitutio ex alio fauore depẽdens excõicat⁹ repelleret̃ cũ de iniquitate iudicis vel iniuſta ſnĩa nõ conqueratur. arg. ff. de mino. l. prefecti. Nec ob. iſte tex. vbi excõicato ſubuenit̃ ex equitate q equitas ſuadet vt hi qui ſunt excluſi a participatione eccleſie repellãtur ab omni legũ fauorabili auxilio: imputetur ergo ſibi ſi nõ appellat: ⁊ licet loquat̃ in excõicato: tamẽ in rõne ſua videtur limitare primam opi. ſcðam opi. videt̃ limitare in. ð. c. prudẽtiam. non ſolũ reſpectu appellationis, ſed generaliter ſentit ꝙ ſi excõicatus fuit in mora petendi abſolutionẽ currit ſibi tempus: quaſi tunc impediatur agere ex culpa ſua ⁊ nõ per iudicẽ vel aduerſariũ, ſecus ſi non fuit in mora. Do. Ant. hic dicit ſatis eque poſſe diſtingui an excõicatus ſit iniuſte ⁊ audiatur vel ſibi non currat tẽpus vel ſaltẽ reſtituatur an iuſte ẽ in culpa petendi abſolutionem currit tempus a tempore culpe ⁊ nõ reſtituitur, nam a tempore ſententie ſi non eſt culpa, quia forte vellet ſȝ non poteſt tũc non currit vel ſaltem reſtitueretur. Nec obſt. quod dictum non poteſt cauſam legitimam impedire vel curſum reſtituẽdi. quia delictũ vel culpa non eſt immediata cauſa: quare nõ poteſt: ſed

eſt excommunicatio: vt not. de conceſ. prebẽ. c. q diuerſitatẽ ſm eum. Et vide ad hoc vltimum qð no. gl. in regula. imputari. de reg. iur. lib. vj. Ego latius conſiderando diſtinguerẽ ſic: ꝙ aut loquimur in facultate appellandi aut aliter agẽdi: puta pro rebus ſeu iuribus preſcriptis propter defectum facultatis agendi. Primo caſu aut q̃rit̃ de facultate appellãdi in iudicio aut extra: ſi in iudicio nõ debet audiri poſt tempus a iure ꝑfixum nec ipſo iure nec per viam reſtitutionis [a] ſiue excõicatio fuerit iuſta ſiue iniuſta, ſiue fuerit in mora petendi abſolutionẽ ſiue nõ. Ratio hui⁹ dicti eſt: q excõicatio nõ impedit facultatẽ appellãdi: vt hic. ⁊. j. e. c. fi. hoc verũ qñ pretendit impedimẽtũ ex capite excõicationis, ſecus ſi pretẽdit alium impedimẽtũ ex cã probabili: ⁊ hoc caſu procedit dictũ Hoſ. j. eo. in. c. ſignificauerunt: Si vero de appellatione extra iudicium querit̃, ⁊ tunc in caſibus in quib⁹. ſ. dixi excõicatũ poſſe appellare puto diſtinguẽdũ, vt. ſ. dixi. In aliĳs vero caſibus ſecus cum ſubſit remediuȝ agendi per viam querele, vt in. c. concertatiõi. de app. li. vj. ⁊ ſi tẽpus agendi eſſet elapſum. ⁊ ſic obſtaret preſcriptio tunc dicendum vt in ſequẽti caſu, et hoc de primo membro. Quo ad ſecundum membrum ſatis puto procedere dictũ dñi Ant. et facit. ð. l. papinianus exuli. ff. de mino. ⁊ per hoc eſt
20 expedita prima pars gl. ¶ † Venio ad ſecundã partẽ ⁊ op. contra text. videtur enim excõicatuȝ non admittenduȝ etiã ſe defendẽdo, q reus habet iurare ſicut ⁊ actor de calũnia. ſ. de iuramẽ. calum. per totum. excommunicato vero non lȝ tangere ſacra ſicut nec ingredi. v. diſ. ad ei⁹. xxi. diſtin. cleros. Sol. vt in gloſſ. que ſoluẽdo dicit excommunicatum admittenduȝ: quia hic venit in odium ſuum. alias reportaret commodũ de malitia ſua cõtra. c. intelleximus. de iudi. et hec eſt bona ſolutio: ⁊ vide in periuro quod le. et no. in. c. cum in eccle. de maio. ⁊ obed. vide etiã quod no. ĳ. q. j. qui ſtudet. ⁊. xxĳ. q. ĳĳ. vir cum propria.
21 ¶ † Quero quid ſi excommunicatus cõuenitur
b ſuper eo pro quo fuit iniuſte [b] excommunicat⁹: nunquid poteſt excipere quod non teneatur reſpondere niſi prius reſtituatur ad cõmunioneȝ qua fuit iniuſte priuatus. gloſſ. in. ĳ. parte cõcludit quod ſic dummodo probet quod iniuſte excommunicatus fuit. Hoſtien. hoc dicit verum ſi agat excommunicatus vel is qui fecit iſtũ excõmunicari, ſecus ſi alius. argu. ſ. ð reſtitu. ſpolia. c. frequens. lib. vj. ⁊ credo quod hoc fuit de mẽte glo. ⁊ id quod not. hic firmat glo. in. c. nullus. ĳ. queſtione. ĳ. vbi dicitũ idem in ſuſpenſo. ⁊ vid ibi per Archidia. Ex quo ſingu. no. quem poſſe petere reſtitutionem illorũ iurium que ꝓprie poſſideri: vel quaſi poſſideri non poſſunt, ſed cõcernũt quodammodo ſtatũ perſone: facit ad mate-
22 riã. c. querelã. de ele. ¶ † Et per hoc dicit Lap.
c alleg. xxj. quod ſi preſbyter [c] parochialis nõ exhibet parochiano ſacramenta ſicut debet ⁊ ſolitus erat facere ſi petit ab eo vel alia iura parochialia poterit parochianus excipere quod nõ exhibet ſacramenta vt prius: ⁊ quod eum priuauit quaſi poſſeſſione exhibitiõis, ⁊ ſatis bene facit text. in. ð. c. nullus. ⁊ vide quod no. lxxxĳ. di-
23 ſtin. ſi quis. ¶ † Quero dicitur hic quod ſuſpectis iudicibus ex certa ſcientia papa cauſam nõ committit: pone quod ſententia lata detegatur iudicis ſuſpicio nunquid debeat retractari. Solu. gloſſ. in verbo, de certa ſcientia. argumen. per iſtum tex. quod ſic. quia litere ſic obtente nullaȝ
d videntur conferre iuriſditionem [d] de. c. quo'tñ. remittit ad not. in. c. ad audientiam. ĳ. de reſcri. Idem videtur notari in ordinario. in. c. quoties ĳ. queſtio. vj. Aduerte: quia fundamentum huius dicti eſt falſum: ſuſpicio enim non inducit nullitatem reſcripti ipſo facto: licet per exceptionem poſſit iuriſditio elidi: vt patet in. c. iter monaſteriũ. j. de re iu. quinimo nec quelibet alia ſurreptio, vt no. in. c. ceterũ. ⁊. c. ad audiẽtiam. ſ. de reſcri. vnde puto quia nec in ordinario nec in

¶ Sebaſti. Sapia.
4 vel.xl.anno. ¶†Ex hoc infero q̄ ſi me abſente aliqs ingredit̄ poſ.meā non incipit tunc preſcriptio:licet bona fide fuerit īgreſſus q: per hūc ingreſſuꝫ nō perdo poſ.vt in.l.ſi id qđ.ff.de acqui. poſ.ſed opꝫ q̄ prius perdaꝫ poſ vt puta.q: ſciēs aliū ingreſſum ſuſpicor me poſſe repelli.d.l.ſi id quod vel trado obliuioni q̄ eam neglexi per decennium.per.d.l.ſi id q̄.⁊.l.fin.de eo.⁊ ab eo tp̄e ⁊ non prius incipit currere preſcriptio:vt notanter dicit Dy.in regula ſine poſſeſſiōe,de reg.iur. lib.vj.⁊ ſentit glo.notabilis ⁊ apertius ibi Bar.
e in.l.j.ᵉ.C.de ſer.fu.⁊ p̄dicta bñ notabis. ¶†An
5 autem mala fides indiſtincte vitiet ⁊ īpediat preſcriptionē. Bar.in.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucapi.dicit q̄ non ſed ſolum impedit vbi preſcriptio cauſatur ex facto poſſidētis.⁊ ſic intelligit regulam poſſeſſor.li.vj.ſecus aūt ſm eū vbi preſcriptio currit ex mera negligentia non petentis vt in actionibus perſonalibus in quibus nō eſt dare poſſeſſionē vel quaſi ſed ꝯtrariū ip̄e tenuit in.l.oēs populi.ff.de iuſt.⁊ iu.vbi dicit non valere ſtatutū diſponēs vt poſt decēniū nō audiatur creditor ſuper debito ratione peccati. Ego hūc articulū plenius examinabo.ꝫ.c.fi.vbi ſolet tractari:q: non intendo ad oſtentationem meaꝫ vt multi faciunt tranſportare materias cum difficile ſit ſtudentibus poſtea inuenire:ſed hec ita ſuccincte volui tangere ne quis ruditer aggredere
6 tur materiā. ¶Quero certum eſt q̄ nulla mala fides qñcunq̄ ſuperueniēs ante impletaꝫ p̄ſcriptionē eā interrumpit vt hic ⁊ in.c.fi.⁊ in regula poſſeſſor.de reg.iur.li.vj.no.Bar.ī.l.naturaliter ff.de vſuca.quid ſi ſuperuenit poſt impletaꝫ preſcriptionem nunqđ teneatur p̄ſcribens rem preſcriptam reſtituere. Gloſ.ij.hic plene examinat ⁊ tandem hic ponit tres opi. Prima opi.habet q̄ ſic.alias peccat nō reſtituēdo.⁊ hanc tenuit Hugo.vt refert hic Jo.an. Scđa opi.q̄ videt̄ verior ſm gl.eſt huic contraria vt nō teneat̄ reſtituere quia nō eſt amplius aliena ſed propria ex p̄ſcriptione autoritate iuris. Et hanc opi.tenuerunt Jo.Dyn.Tran.Gof.Hoſt.⁊ Joā.an.in regula poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.in mer.vbi plene examinat ⁊ vide ibi per eū.dicit tñ Hoſt.q̄ ſi conſcientia eius ex hoc eſſet leſa ſatiſfacere deberet cōſcientie ⁊ remittit ad ſummā eo.tit.ſuper rubꝛ. de preſcriptione rerum immobiliū.§.quē exigātur.ſub verſicu. veruꝫ quicquid. Tertia fuit opi. Alani diſtinguentes an res fuiſſet preſcripta ex cauſa lucratiua aut ex cā non lucratiua.vt pus

☞Sebaſti. Sapi.
a ¶ Una eccleſia, Uide Alexā.in conſi.cxcvj.inci. viſo teſtamēto. col.pen.⁊ vlti.x. de pſcriptio.auc. ⁊ Ioan.Franc. Bal.in trac.pre ſcrip.in pria parte quinte partis principalis qō. xii ij.vbi tangat an eccl'ia poſſit p ſcribere cōtra eccleſiaz quartam parochialem.

☞Sebaſt.Sapia.
b ¶ Lacerare.vide glo.⁊ que ibi Moder.no.in.l. j.ff.de offic.aſſeſſio.

caſu teneatur reſtituere:ſcōo non.arg.xiij.q.j.qō debetur ꝙ quidem.c.parum facit.ſed hec diſtinctio reprobatur ẜm Hoſt.C.de preſcri.lon.tem. l.pe.⁊.j.de dona.apoſto.que iura bene faciūt in hac materia.do.Anto.refert hic ſe hunc articulum diſputaſſe ⁊ tenuiſſe op.theolorum vt forus canoncus non arctet ad reſtituēdum prout eſt contentioſus:ſed forus penitentie ſi qō maxime procedit in eo cui nō pōt imputari negligentia:qꝛ cā querendi cū dāno alterius non eſt oīno ſufficiens quo ad equitatē equa lance mēſurandā:vt ſic meū auferrat̄ ẜȝ eū.⁊ ſic in effectu dom̄. Ant.ſequit̄ primā opi.Ego vero indiſtincte dico opinionē ſcōaȝ q̄ vr̄ cōior canoniſtis veriorē ⁊ in foro cōſcientie eſſe ſeruandā.Moueor vltra alios,qꝛ ius canonicū etiam quatenus diſponit in foro ꝯtentioſo ſemp tendit in ſalutē anime.de iureiur.c.cū cōtingat.⁊ qō ibi not.nā finis iuris canōici eſt dirigere hoīem ad bonū cōe ſecundū qō cōgruit humane ſocietati nō ſolū ciuiliter viuēti:ſed ſcōm fidē in deū tendēdo.⁊ vitā aliā expectando:vt in.c.rex pacificus.ſ.in prolo.⁊ in.c. prodeſt.xxix.q.v.no.in regula:peccatū.⁊ regula, poſſeſſor.li.vj.Itē lex humana iniquitatē nō cōtinēs ſeruāda eſt etiā in foro cōſciētie:vt no. Io. cal.ſ.in pemio.⁊ Io.an.poſt beatum Tho.in.c. ij.de vſu.li.vj.cū ergo lex humana ēt canonica ex iuſta cā tollat actionē ⁊ cōferat dñiuȝ preſcribēdi ſaltē in effectu:vt plene dixi.ſ.ſup rub.⁊ facit tex.j.c.proxi.apparet rō ſufficiens quare teneat̄ reſtituere in foro anime facit optime ca.j.ſ.e.vbi inducitur preſcriptio ex cā etiam cuȝ notitia rei aliene pōt lex ex iuſta cā priuare quē re ſua ⁊ alteri tradere vel ꝓpter delictū vel propter bonuȝ publicū:vt in.l.itē ſi verberatū.ff.de rei vē.⁊.c.p humani.de homi.li.vj.Itē ius canonicum nūꝙ ſcienter inijcit alicui laqueū nec ſciēter defendit aliquē in peccato.vt.c.literas.de reſti.ſpo.⁊.c.cū ſanguinei.de re iudi.⁊.j.c.fi.Si eniȝ preſcriberet cum bona fide induceret peccatum poſt notitiā habitā cōpleta preſcriptione ius canonicū profecto non diceret quē poſſe pſcriptiōe ſe tueri.ſicut facit.ſ.c.de quarta.⁊.j.c.proxi.⁊ opti.facit. c.cum dilect⁹.de cōſue.vbi patuit preſcriptionez fuiſſe inductā iuribus ſtatuti male ītellecti.Nec papa mādat preſcriptionē reſcindi imo expreſſe eā approbat ad idē.c.auditis.j.e.vbi lȝ poſtmodū conſtiterit illi abbati vero religioſo nullū ius cōpetere decreuit tñ papa illū debere defendi ex iuribus preſcriptiōis.⁊ hanc opi.tenet Inno.in c.cura.in fi.de iure pat.vbi dicit ꝙ lȝ poſt cōpletā pſcriptionē appareat de illegitimo titulo nihilominus tñ ſalua conſcientia poſſunt hi qui pſcripſerunt bona preſcripta retinere:quia tuti ſunt autoritate illius qui poteſtatē condēdi ius ſup tēporalibus hȝ qui hanc penam amiſſionis iuriū ſuorū induxit in odiū negligētiū ⁊ in fauorē ſolicitorū.Idē tenet in.c.plerūqȝ.de imu.eccl. quoad preſcriptionem que inducitur cū titulo ⁊ bona fide:qꝛ illa eſt inducta non ſolū in odiuz negligētiū,ſed etiā in fauorē preſcribētiū.ſed vr̄ dubitare de eo q pſcripſit bona fide ſine titulo:videtur tñ inclinare:vt ratione bonefidei nō teneatur.⁊ hoc verius.nam iſte preſcriptiones eqparant̄.⁊ qō defectum tituli hic ſupplet tps mai⁹. ad hoc.xvj.q.iij.ſ.poteſt.⁊ facit qō dixi.ſ.ſup rub.idē Bal.in.c.ſi quis p triginta.ſi de feu.fue. contro.col.x.vbi dicit ꝙ is qui preſcripſit poteſt rē cū bona cōſcientia poſſidere alias nullus poſſet excipere de preſcriptione:qꝛ cum iudex videret eum delinquere ex officio ſuo repelleret eū. ille eīm qui preſcripſit habet veritatem p ſe licet nō habeat primordiū veritatis.alleg.gloſ.in l.j.ff.de eden.in prin.in magna.gloſſ.quam dicit eſſe notandum ⁊ maxime hec procedāt in eo qui ſcit rem ſuā ab alio.vſucapi ⁊ non contradicit.videtur enim tacite alienare:vt.l.alienationis verbum.ff.de ver.ſignifica.⁊ hec ſufficiant.

1 ☞Ius decimandi preſcribitur in aliena parochia ſpacio.xl.annorum.

2 Una eccleſia preſcribit contra aliam etiam iura ſpiritualia.
Iura ſpiritualia non poſſunt poſſideri per laicum etiam per tantum tempus de cuius initio non eſt memoria in contrarium.

3 Priuilegiatus quo caſu vtatur priuilegio ꝯtra pariter priuilegiatū.

4 Per preſcriptionem tollitur omnis actio:⁊ ſoluens debitum preſcriptum poteſt repetere:non tamen tollitur obligatio naturalis vel directum dominium:licet ſint inefficacia ad agendum.

5 Preſcribens dicitur ſoluere.
Per preſcriptionē querit̄ de iure canonico dominiū vtile ⁊ directū.
Iudex ex officio ſuo poteſt actorem repellere:quādo notorie cōſtat. quod nulla competit ſibi actio.
Paria ſunt non habere actionem:vel inutilem habere.

6 Titulus requiritur in preſcriptione contra ius:vel tantum tempus de cuius initio non ſit memoria.

1 Ad aures. ¶ † Una eccleſia in parochia alterius.xl.ann.ſpatio decimas pſcribit. Cōis diuiſio.ſcōa ibi:tue. ¶ Caſus literalis.Quedā eccleſia poſſedit decimas in parochia alterius.xl.ann.queritur an tuta ſit eccleſia preſcriptiōe.Rñdet papa ꝙ de iure melior eſt cōditio poſſidētis qꝛ preſcript.xl.ann.cōcludit omnem actionem. Ber.

2 ¶ No.j.qō vna eccleſia pōt contra aliā eccleſiam etiam iura ſpiritualia preſcribere requirit tamē tps.xl.an.Ex quo collige qō iura ſpiritualia ſunt preſcriptibilia per eum qui illa poſſidere poteſt:ſecus p laicum qui illa poſſidere nō poteſt.j.eo.cauſam.etiam per tantū tempus de cuius initio nō eſt memoria:vt notāter dicit Io.an.in.c.ij.de

3 prob.lib.vj.dicā in.d.c.cām. ¶ † Scōo ex eo collige ꝙ priuilegiatus vtitur priuilegio ſuo ꝯ pariter priuilegiatū.nā eccleſia ex priuilegio hȝ vt cōtra cā nō preſcribatur ſpatio cōmuni.ſed requirit tps.xl.ann. vt in aut.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl.⁊.ſ.eo.de quarta.⁊ tamē vtit̄ hoc priuilegio ꝯ eccleſiā preſcribentē q̄ eſt pariter priuilegiata. Sed hoc cōtingit.qꝛ eccleſia preſcribēs non eſt priuilegiata in pſcriptione actiua ſed paſſiua ſi eccleſia proſcribēs non eſt priuilegiata in illo caſu merito eccleſia vtitur priuilegio ſuo ꝯtra eccleſiam aliam. Et de hoc an priuilegiatus vtit̄ priuilegio cōtra pariter priuilegiatū:vide p Bar. in anth.quas actiones.prealle.tetigi.in.c.in preſentia.de pba. ¶ No. iij.ꝙ eccleſia poteſt ſe defendere ex ſola preſcriptiōe etiā ſup reb⁹ ſpi

4 ritualibus. ¶ † No.vlti.⁊ tene menti iſtū tex.in fi.qō preſcriptio tollit prorſus oēm actionē.⁊ no.id verbū:prorſus,facit enī optime hec litera p opi.glo.quā ſequuntur Bart.⁊ multi alij in.l.fi.ff.ı è ra.habe.vbi cōcluditur ꝙ ſi tutus preſcriptione ſoluit ignorāter poteſt repetere: qꝛ ſoluit indebitū.vel ſaltē erat tutus exceptione perpetua ideo competit repetitio.l.qui exceptione.ff.de condi.inde.Itē facit iſte tex.p opi.Archi.in.c.j.e.ti.li.vj.vbi dicit ꝙ per preſcriptionē acquiritur de iure canonico tam vtile ꝙ directū dominiū non tñ allegauit iſtū tex. ſed.xvj.q.iij.c.quicūqȝ.⁊.c.licet.ſed melius facit iſte tex.vide tā in dominio ꝙ in actiōe quod dixi.ſ.ſuper rub.poſt Bar.⁊ Cy.in.l.fin.C.ex quib⁹ cau.ma.⁊ piſtū text.dicit hic do.Ant.iudicē poſſe repellere illū ex officio ſuo ab agēdo cui obſtat legitima preſcriptio qꝛ ſine actione nemo experitur:qō puto verū qꝛ preſuppoſito ẜm cōem opi.quod remaneat obligatio naturalis in debito ⁊ in preſcripta remaneat dominiū illud directū qō cōpetat de iure naturali:vt dixi.ſ.ſup rubr.tñ illa ſunt inefficacia ⁊ prſus inutilia ad agēdū:vt optime probat̄ hic: ⁊ eſt tex.no.iuris ciuilis in.l.ſi pupillus.ff.de admi.tu.vbi dicit ꝙ pre

5 ſcribens eſt ſimilis ſoluenti. ¶ † Et dicit Inn.in.c.j.de offi.vic.quod vbi apparet de ineptitudine libelli licet non cōtineatur in libello:ſȝ eſt notoriū de ineptitudine libelli ⁊ impotentia agendi pōt ⁊ debet

b iudex officio ſuo libellum lacerare[b].facit.c.ſacerdotib⁹.xj.queſtiōe.j. Item nemo ſine actiōe recte experitur.l.ſi pupilli.ff.de ne.ge.⁊.viij.diſtin.quo iure.⁊ paria ſunt nullā habitare actionem vel prorſus in effi

6 cacem habere.ar.in.c.ij.de transla.prela. ¶ † Gloſſ.ij.hic inſtat an in iſta preſcriptione ſit neceſſarius titulus contrarius,ſed hodie eſt tex. apertus in.c.j.eo.titu.lib.vj.vbi concluditur ꝙ ſic cum ſit contra ius commune quod vna eccleſia percipiat decimas in aliena parochia. vt in.c.ad decimas.de reſt.ſpo.lib.xj.vnde requiritur titulus vel tantum tempus de cuius initio non ſit memoria vt ibi.vnde intelligo ꝙ interuenit titulus.alias ſecus.

1 ☞Laici non poſſunt preſcribere ius decimandi:quia cum ſit quid ſpirituale non poſſunt illud poſſidere.nu.2.

3 Preſcribi poteſt id quod ex priuilegio queri poteſt:niſi id quod de iure poſſideri non poteſt.
Collatio beneficiorum ⁊ ius excommunicādi poteſt per papam concedi laicis.

4 Spirituala ⁊ eius annexa non poſſunt per laicum preſcribi.
Iudex patronatus non poteſt per laicum preſcribi.

5 Laici conuerſi qui poſſunt dici religioſi poſſunt ſpiritualia preſcribere:quia non ſunt ſimpliciter laici.

6 Naturalis poſſeſſio ſola non eſt ſufficiens ad preſcriptorem:ciuilis vero ſit.

7 Poſſeſſio nulla dicit̄ eſſe penes religioſos ſine licētia eoꝝ ſupioris.

8 Decime non poſſunt concedi laicis in titulum:ſed alimoniam ſic.

Cauſam

1 CAuſam. Laicus decimas non preſcribit. vel ſic latius. ¶ † Laici ſpiritualia poſſidere non poſſunt ergo per conſequens, nec preſcribere. h.d.⁊ quotidie allegat. Cõis diuiſio. ſcõa ibi: ideoq̃z. ¶ Caſus literalis. Inter archidiaconũ regiũ.⁊ nobilẽ virũ. S. q̃ſtio ſuper deci‑ mis vertebat. papa cõmittit cãm illã mãdans iudici quatenꝰ cauſam ipſam debito fine decidat nõ obſtãte preſcriptione tꝑis vel cõceſſione eccl'iaſtice ꝑſone vel ſecularis ſi idẽ. S. eã opponere voluerit: q: cum laici decimas poſſidere nõ poſſunt eas ꝑ̃ſcribere non valent. Berna.
2 ¶ † No.j. ibi. nõ obſtãte preſcriptiõe tꝑis ⁊c. qꝺ nulla tꝑis ꝑ̃ſcriptio [a]
a iuuat laicũ in iſtis ſpũalibus. nã põdera literã q̃ nõ reſtringit ſe ad ꝑ̃‑ ſcriptionẽ certi tꝑis. ſed indiſtincte dicit tꝑis. ⁊ ſic induco hãc literam ad probãdũ notabile dictũ Jo.an.⁊ Jo.mo.in.c.ij.de ꝓbẽ.li.vj. vbi di‑ cũt ꝙ laici non poſſunt ꝑ̃ſcribere ſpũalia etiã per tm̃ tempus de cuiꝰ initio memoria nõ exiſtat: ⁊ eſt rõ quia cũ illa poſſideri nõ poſſint vt hic: ergo nullo tꝑis curſu poſſunt ꝑ̃ſcribi: q: ſine poſſeſſiõe non ꝓce‑
3 dit preſcriptio: vt in regula ſine poſſeſſione. de re. iu. li.vj. ¶ † Ex quo habes limitare aliã regulã que hꝫ qꝺ ea que ſunt queſibilia ꝑuilegio poſſunt queri preſcriptione. de off. ordi. c. duo ſimul. nõ procedit ĩ his que de iure poſſideri nõ poſſunt. nã data incapacitate poſſidẽdi põt priuilegiũ principis operari ⁊ non ꝑ̃ſcriptio, primũ probatur ex nota tis in.c. ꝗuis. de deci. ſcõm ꝓbat hic. Ratio diuerſitatis ptꝫ: q: prin ceps ꝑ ſuũ priuilegiũ põt facere quẽ capacem: vt not. gloſ. xxxij. diſt. §. verũ. ⁊. xvj. diſt. bene qdẽ. que dicit ꝙ papa põt laico dare ptãteꝫ ex cõicãdi. Itẽ antiqtus eccleſia ſeu papa cõceſſit imperatori ⁊ multis regibus ptãtẽ cõferendi beneficia. lxiij. di. adrianus: ⁊ in.c. in ſynodo. ⁊ multis laicis ꝯtulit decimas: vt not. in. d.c. ꝗuis ꝑ̃ſcriptio xo hoc nõ põt q: eſt fundata ſuꝑ poſſeſſione: ⁊ ſic poſſeſſio dꝫ ꝑ̃cedere: laicus
4 aũt ex ſe nõ eſt capax huiꝰ poſſeſſiõis. ¶ † Et qꝺ dixi in ſpũalibꝰ ꝓce dit etiã in annexis ipſis ſpũalibꝰ. nã laici nec illa poſſidere valẽt niſi ex priuilegio: vt in.c. de iure. ⁊.c. qm̃. de iurepa. ⁊ ideo laicus nõ poteſt
b ꝑ̃ſcribere iuſparronatus [b] ſaltẽ qñ vult ꝑ̃ſcribere ꝯtra eccleſiã nõ pa tronatã: vt no. Jo.an. in reg. ꝙ alicui gratioſe. li.vj. in mer. ⁊ vid quod not. in.c. querelã. de elec. ⁊ ꝑ Archi. plene. in.c. hortamur. lxxj. diſt. ple
5 ne in quadã diſputatiõe que incipit augerio. ¶ † Predicta omnia limito in puris laicis. cõuerſi aũt laici nõ debent tractare cũ clericis ſpũalia: tñ poſſunt iura ſpũalia preſcribere: q: non ſunt oĩno laici ſed poſſunt dici religioſi. ad hoc vide tex. iuncta glo. in.c. ex eo. de ele. li.
6 vj. ⁊ per Innocẽ. in.c. fi.c. de inſti. ¶ † Scdo colligo principaliter ex fi‑ ne tex. iũcta gl. ꝙ poſſeſſio ciuilis neceſſario requirit ad ꝑ̃ſcriptionẽ naturalis aũt nõ ſufficit: de quo plene ꝑ Dy. in regula ſine poſſeſſio ne ꝑ̃alleg. vbi videas. Colligit aũt hic ꝙ laici bñ poſſidẽt naturali‑ ter ſeu detinẽt decimas: ſed q: nõ poſſunt ciuil'r poſſidere ideo nõ pre ſcribũt hec aũt ciuilis poſſeſſio eſt illa q̃ germinat prolẽ ꝑm glo. i. fru ctũ parit. ſ. acquirẽdo dñium ꝑm Jo.an. qui ita exponit gl. ⁊ bene lꝫ aliꝗ aliter ⁊ minus bene. ¶ Et no. ex tex. iuncta glo. ꝙ detinere ſumit qñq̃z ꝑ poſſidere vt hic. ſic qñq̃z ecõuerſo. xij. q.j.c.ij. naꝫ laici poſſunt bñ detinere decimas: q: detẽtio eſt quid facti ⁊ nõ ſonat in ius: vt no. Bart. in. l.j. ff. de acq. poſ. ⁊ ſatis ſentit hic glo. quã no. Hinc eſt ꝙ ſer uus põt detinere. vt. l. ſtipulatio iſta. §. hec quoq̃z. ff. de verb. ob. in ſer uũ aũt cadũt ea que ſunt iuris nec poſſunt ꝑ momentũ ꝯſiſtere. l. plꝫ.
7 ff. de acq. here. ¶ † Et vide glo. in religioſo ſimplici ꝙ nil dicat poſſi dere ſine licẽtia ſui prelati: ſed tm̃ ꝯtinere in.c. nõ dicatis. xij. qõ.j. nec puto ꝙ laicꝰ dicat decimas poſſidere etiam naturaliter. q: poſſeſſio naturalis eſt ius inſiſtendi rei nõ prohibite poſſideri. vt no. Bar. i. d. l.j. vbi plene tractat hec materia diuerſarũ ſpecierũ poſſeſſionũ ⁊ de‑
8 tẽtationis. ¶ † Opp. vltimo ⁊ vr̃ decimas poſſe laicis cõcedi. x. q.j.c. pe. ⁊ fi. Sol. dt Jnn. ꝙ in titulũ nõ poſſunt eis cõcedi vt illas habeãt vt clerici: ſꝫ in alimonia cõcedi poſſunt pauꝑibꝰ laicis vt in cõtrario. hoc dico poſſe ꝓcedere reſpectu fructuũ ⁊ ad tẽpus. ar.c. poſſeſſiões. xvj. q.j. nã hoc modo poſſunt quibuſcunq̃z locari: vt in.c.ij. de loca. et vide ad materiam qꝺ leg. ⁊ no. in.c. ꝗuis. ⁊.c. prohibemus. de deci.

1 ☞ Stylus curie romane eſt ſeruandus data contrarietate canonũ.
2 Preſcribens non tenetur rem preſcriptam reſtituere ſi poſtea ſuꝑue nit notitia rei aliene.
3 Allegans interruptionem contra preſcribentem: nõ cõfitetur preſcri ptionem, quia excipiens non fatetur,
4 Preſcriptio quibus ⁊ quot modis interrũpatur. vide per diſcurſuꝫ.
5 Preſcriptio aliqñ nõ currit. aliquãdo dormit: ⁊ aliquãdo interrũpit.
6 Titulus quo caſu requiratur in preſcriptionibus.
7 Naturalis poſſeſſio aliquo caſu ſufficit ad preſcribendum.
8 Mala fides an ⁊ quo caſu interrumpat preſcriptionem.
9 Preſcriptio indiſtincte interrumpitur ſi preſcribebam rem titij: quã putabam ſempronij.
Iniuriã qui cõmittit habet animũ iniuriandi: licet erret in perſona.
10 Preſcriptio an ⁊ quando interrumpatur ex defectu tituli.
11 Preſcriptio vel vſucapio quomodo interrumpatur per litis cõteſta tionem: vel per alios actus ciuiles: vide per diſcurſum.
12 Preſcriptio ſtatutaria interrumpitur per ſolam citationem.
13 Preſcriptio. xxx. annorũ cum bona fide ⁊ ſine titulo qũo interrũpat.
14 Preſcriptio non interrũpitur per lit. cõteſt. corã incompetenti iudice factam: vel ꝑ alios actus ci uiles inualidos.
Preſcriptio interrumpitur per conteſtationem factam coram arbitrio: ſi compromiſſum in ipm factum ſit validum.
15 Actus factus coram iudice incõpetenti an ſaltẽ valeat vt actus extraiudicialiter factus.
16 Mala fides preſumitur ex coniecturis.
17 Preſcriptioni non interrũpitur per conteſtatio‑ nẽ factã corã arbitratore vel amicabili compoſi‑ tore: niſi per talem conteſtationem aduerſarius incipiat eſſe in mala fide.
18 Preſcriptio interrupta: ſiue naturaliter: ſiue ci‑ uiliter. an ceſſante interruptione iteruꝫ incipiat currere. 24.
19 Actiones temporales efficiuntur perpetue per conteſtationem.
20 Mala fides preſumpta nõ impedit ꝑ̃ſcriptionẽ.
12 Inſtãtia ſi eſt perẽpta res inducitur fere ad illũ ſtatutum in quo erat res prius: vide hic exẽpla.
22 Preſcriptio iurium corporalium qualiter inter rumpatur.
22 Preſcriptio libertatis qualiter interrũpatur.
23 Preſcriptio qual'r interrũpat in criminalibus.

ILlud autem. Si cõtra preſcri ptionẽ. xl. ann. q̃ ſola currit contra ec cleſiã opponatur interruptio vterq̃z ꝓbauit. ⁊ ſunt duo dicta. ꝑm ibi: verũ. ¶ Caſus literalis. In canonibus reperit ꝙ qui rem alte‑ rius preſcribit. xxx. anno. tutus eſt preſcriptiõe. queſitũ fuit a papa vtrũ locũ habeat talis ꝑ̃ſcri‑ ptio. Rñdet ꝙ romana eccleſia non admitti mi norẽ preſcriptionẽ ꝙ. xl. an. licet quidã canones admittant tricennalem. ⁊ ſi eccleſia ꝑ. xl. an. rem aliquã incõcuſſe poſſedit aduerſus aliã eccleſiaꝫ põt tueri quadragenaria preſcriptione: ſi vero de ꝑ̃ſcriptione ⁊ interruptiõe qꝺ fuerit inter par tes ab vtraq̃z pte teſtes recipi debẽt ⁊ ſi probata fuerit interruptio preſcripttio nõ valebit. Bern.
1 ¶ † No.j. ꝙ data cõtrarietate ſeu varietate ca‑ nonũ recurrẽdũ eſt ⁊ tenendũ qꝺ ſeruat romana
c eccleſia ſeu ſtylus curie romane [c] facit. c. ex lite‑ ris ⁊ qꝺ ibi no. de conſti. ⁊ de cri. fal. quam graui.
2 ¶ † Not. ſcdo ꝙ eccleſia ex ſola ꝑ̃ſcriptiõe põt ſe tueri aduerſus eccleſiã. ⁊ ſic lꝫ ex poſtfacto ſuper ueniat rei aliene notitia no tenet tñ is qui ꝑ̃ſcri‑ pſit rẽ reſtituere licet ſit eccleſia ⁊ ꝑ̃ſcripſit cõtra eccleſiã. qꝺ eſt notãdũ: cõcordat. ſ̃.c. ad aures. fa
3 cit ad eaque dixi. ſ̃. eo. vigilanti. ¶ Not. tertio in verſic. verũ ꝙ excipiens de interruptione contra allegantẽ preſcriptionem nõ videtur preſcriptio nẽ cõfiteri. nã ſi ipſam tacite cõfiteretur releuare tur allegãs preſcriptionẽ ab onere ipſa proban‑ di. vt in.c. preterea. de trãſac. ſed hic tenetur alle‑ gãs ipſam ꝓbare. ⁊ hoc cõtingit ex eo quia exci piẽs nõ fatet ea que tacite includunt ĩ exceptio‑ ne vt in.c. cũ venerabilis. ſ̃. ti. proxi. ⁊ vid ꝙ ibi di xi. ¶ No. ꝙ ꝑ̃ſcriptio tẽporis non nocet ꝓbata interruptiõe: cõcordat. j.e. auditi. preſcriptio au
4 tẽ poteſt interrũpi. ¶ † Qualiter aũt interrũpa tur glo. ſi. hic inſtat quã notabis: quia quotidie ad eam in hac materia ſit remiſſio. ⁊ in effectu di cit ꝙ interruptio quãdoq̃z naturaliter ⁊ quan‑ doq̃z ciuiliter. ⁊ naturalis interruptionis ponit duos caſus: ciuilis vero octo ⁊ idem facit Inn. hic: ⁊ vide cõſimilẽ gl. xvj. q. iij. §. pone. in ver. in‑ terrupta. ⁊ in. l. cũ notiſſimi. C. de ꝑ̃ſcrip. xxx. an. in ver. interupta. ⁊ ibi per Cyn. ⁊ plenius de ma teria per Bar. in. l. naturaliter. de vſucap. vbi vi
5 de. ¶ † Et proſequendo hic ſubſtãtialia ad de‑ clarationem gl. ⁊ materie ſcias quod preſcriptio quãdoq̃z nullo modo currit: quandoq̃z dormit: quandoq̃z interrũpit anteq̃z. ſ. compleatur. Non currit quando res nõ eſt preſcriptibilis: vt patet ex his que leg. ⁊ no. in.c. cum non liceat. ĵ.e. ⁊ dic vt ibi not. facit quod leg. ⁊ no. in. l. ſi. C. in quibꝰ cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. ⁊ in. l. ſicut verſi. ſed pupillari etate. C. de preſcrip. lon. temp.

ddd ij

☞ Sebaſti. Sapi.
a ¶ Preſcriptio. Uide Ful. in ꝯſ. clxvj. inci. in que ſtiõe q̃ vertitur. ⁊ per Raph. cu. in conſil. lxxxiij. incip. q: cauſa de cimalis.
b ¶ Iuſpatrona‑ tus Adde eun‑ dẽ ꝯſi. xlvij.
☞ Sebaſtia. Sapi.
b ¶ Iuſpatrona‑ tus. Uide. Abb. in diſpu. ſue ici. augerio. col. vj. ⁊ cõſi. cvj. i ver. ca‑ ſus. ver. ſecundo ꝑ̃ncipaliter in. ij. vol. Alex. in cõ‑ ſil. lxxv. incip. vi‑ ſo. in ſi. in. iiij. vo. ⁊ dõ. Dec. ĩ rub. de iudi. col. peñ. Abba. in conſil. lxxvj. inci. plura ſũt examinãda. in. ij. vol. Ro. in cõſ. ccclxviij. inc. preſens cõſulta‑ tio. ⁊ Abb. dñm meũ. d. Rochuꝫ curtium late in tract. de iurepat. in vlti. queſtiõe ⁊ Deci. in conſi. cxxxiiij. inci. viſo pũcto. colũ. peñ. zacharias.
c ¶ Stylus curie romane. Adde ꝙ eſt hoc caſu ꝑ lege ſeruandus ita no. Spe. ĩ ti. de teſt. §. publica tis. xv. deinde. ⁊ ĩ tit. de reſcrip. ꝑ̃‑ ſen. §. ratiõe for‑ me quoque. Et ratio eſt que ip̃e dat in ti. de app. §. de officio. col. iiij. xv. vt autẽ eſt. q: curia Roma. tãquã magiſtra‑ eſt ab oibꝰ ſequẽ da qꝺ eſt verũ li mitãdo vt hic. ſ. data ꝯtrarietate iter canones. vt no. in.c. cũ olim. ſ̃. de conſue.

a ❡Quãdo ⁊ qualiter interrumpatur pꝛeſcriptio. Vide hic do. Anto. melius ꝙ alibi: ⁊ cõiter noſtri canoniſte reaſſumpſerunt in hac materia dicta Bar. in. l. naturaliter. ff. de vſu. item adde φ per receptionez teſtiũ q̃ fit lit. nõ conteſta. ꝓpter imminens periculũ nõ interrũpitur pꝛeſcrip. hoc dictũ elegãs Vin. in. c. quoniã frequentare. in pꝛimi. vt lit. nõ ↄteſt. ꝑut refert ⁊ ſequitur do. Anto. in. vij. col. Itẽ adde qḋ perẽpta inſtãtia nõ perĳt interruptio facta ꝑ lit. ↄteſt. factã ĩ illa inſtãtia ſꝫ Bar. in. l. ĳ. C. de fru. ⁊ lit. expẽ. licet gl. ibi aliter dicat ḋ quo ꝑ do. Ant. in. c. cauſam. el. j. in. iiij. colũ. ⁊ qḋ ibi no. de teſt. itẽ adde qḋ ad iterrũpendã pꝛeſcriptionẽ nõ requiritur libelli oblatio. ſꝫ ſufficit ali⁹ act⁹ ꝑcedẽs. tex. eſt in. l. ſicut. ver. nec ſufficiat. C. ḋ pꝛeſcri. xxx. ann. qualiter aũt interrũpatur pꝛeſcriptio in incoꝛpoꝛalibus declarat do. Ant. i. c. auditis. in. iiij. colũ. j. e. tit. Utruz aũt iterrupta pꝛeſcriptione cõtra reum principalẽ intelligatur iterrupta cõtra eius fideiuſſoꝛẽ gloſ. tenet qḋ ſic. i. l. ſi fidein. §. ſi. ff. mãda. de quo ibi ꝑ Bar. Ant. Frã.

❡Quibus modis interrumpaꝛ pꝛeſcriptio. Dicas φ per ſimplicem cõtrouerſiã interrumpitur: ꝑ glo. in. l. ſꝫ ſi lege. ff. de peti. here. ⁊ per Bar. ⁊ doct. in. l. ſi. in pꝛi. ff. de eo per quem factũ erit. ⁊ mĩxtos modos ꝑ quos interrũpatur. vide per Jo. ber. ĩ ſuo reper. in litera. p. in verſi. pꝛeſcriptio interrũpitur. vbi late ꝑ Lanfran. circa hanc materiam. ☞ Sebaſt. Sapia.

b ❡Mala fides. Vide late ꝑ ale. ⁊ Jaſ. i. l. iij. §. genera. col. ij. ⁊ iij. ff. de acqui. poſ. ⁊ quomodo dubitãs ⁊ ignoꝛãs equiparẽtur declarat do. Jaſ. in l. quãdiu. C. qui admitti.

Doꝛmit qñqꝫ qñ ex aliquo defectu tꝑali nõ currit vt puta ꝓpter defectũ ꝑlati. ſ. c. j. ⁊ c. de q̃rta. Vel ꝓpter hoſtilitatẽ qñ tãta eſt φ non reddiꝛ ius in loco. j. c. ex trãſmiſſa. ⁊ de hoc articulo. dic vt ibi dicã. Dixi in tertio mẽbꝛo φ qñqꝫ pꝛeſcriptio iã inchoata iterrũpiꝛ. ⁊ de hoc articulo hic.
6 ❡Ad cuius declarationẽ ſcias φ interruptio[a]
a fit ꝑncipaliter duob⁹ modis. ſ. naturalr̃ ⁊ ciuilr̃. naturalr̃ vero ḋꝛ fieri qñ aliqḋ de reqſitis ad ſubſtantiã pꝛeſcriptiõis petit: nã ad ſubſtãtiã ꝑſcriptiõis qñqꝫ requirũtur tria: qñqꝫ duo: qñqꝫ vnũ duntaxat ſꝫm naturã pꝛeſcriptionũ. Tria eñi requiruñꝛ qñ pꝛeſcriptio eſt talis que deſiderat titulũ bonã fidẽ ⁊ poſſeſſionẽ: vt in ꝑſcriptione ↄ ius cõe: vt in. c. j. e. tit. lib. vj. vel in pꝛeſcriptiõe. x. vel. xx. ann. ↄ pꝛelatũ. iuxta ea q̃ dixi. ſ. eo. de q̃rta. Duo vero requiruñꝛ vbi eſt non titul⁹ neceſſari⁹ vt regulariter ↄtingit in pꝛeſcriptiõe. xl. an. iure cõi nõ refragante: vt hic. ſ. de quarta. ſ. poſſeſſio ⁊ bona fides. Unũ vero ſaltem requiriꝛ in pꝛeſcriptione inducta in odiũ negligentis: vt in actionib⁹ ꝑſcribendis. ſ. curſus tꝑis: vt in. l. ſi qs emptiõis. C. de ꝑſcri. xxx. ann. Ubicũqꝫ eñi alter de reqſitis petit naturalr̃ ꝑſcriptio interrũpiꝛ: qꝛ deficiẽte altero ſubſtãtialr̃ reqſito ad cõfectionẽ actus naturalr̃ deficit ipſe actus in. c. ſi. de cõdi. ap. ⁊ in. c. cũ ſuꝑ abbatia. de offi. deleg. ❡Et pro maioꝛi declaratione ꝓſequamur qḋ lꝫ de ſubſtãtialiter reqſitis de ꝑ ſe. De poſſeſſiõe eñi certiſſimũ ⁊ abſolutũ eſt, φ ſi ea interũpitur pꝛeſcriptio ipſa naturalr̃ interrupta eſt. Põt autẽ poſſeſſio interrũpi multis modis vt inũdatiõe maris vel fluminis vel vt ſi vi eĳciaꝛ qs de poſſeſſiõe: vt. d. l. naturalr̃. vel ꝑ ſiꝛes act⁹ nã ſine poſſeſſione pꝛeſcriptio nõ ꝓcedit: vt in reglr̃ ſine poſſeſſiõe. lib. vj. ⁊ cũ hec interruptio nõ reſtrĩgaꝛ ad certã perſonã ꝓdeſt omnib⁹ pꝛetẽdẽtib⁹ intereſſe. d. l. naturaliter. ⁊ intellige de poſſeſſione ciuili. vt not. Dy. in. d. regula ſine poſſeſſiõe: vt dixi. ſ. e. c. cauſam facit. l. clã poſſidere. ⁊ qḋ ibi not. ff. de acqr.
7 poſſ. ❡† Vel de naturali eo caſu quo naturalis eſt ſufficiẽs ad vſucapionẽ ſꝫm Bar. in. d. l. naturaliter. pone exẽplũ in ꝑſcribẽte vſumfructũ nã vſufructuari⁹ poſſidet naturalr̃ eñi. vt in. l. naturalr̃. ff. de acq. poſ. defect⁹ aũt poſſeſſiõis coꝛpoꝛalis nõ vitiat. l. ſi id φ. §. ſi. ff. ḋ acq. poſ. ⁊ de his ſpecieb⁹ poſſeſſionũ plene ꝑ Bar. in. l. j. de acqr.
8 poſ. ff. ⁊ tetigi. in. c. olim. j. de reſt. ſpol. ❡† Venio ad ſꝫm reqſitũ. ſ. ad bonã fidẽ ⁊ ĩ hoc ↄſidero tria qñqꝫ ſuꝑuenit ex toto mala fides: qꝛ incipit hr̃e cõſcientiã rei aliene. qñqꝫ eſt in dubitationẽ. qñqꝫ ſuꝑuenit mala fides quo ad vnũ: ⁊ nõ q̊ ad aliũ: qꝛ putabat rẽ eſſe martini ⁊ nõ titĳ. Pꝛimo caſu certũ eſt. φ de iure canonico interrũpiꝛ pꝛeſcritio ꝑ ſuꝑuenientẽ malã fidẽ qñqꝫ ante cõpletã ꝑſcriptionẽ: vt. j. e. c. ſi. ⁊ in regula poſſeſſoꝛ. lib. vj. ⁊ huic iuri canonico eſt ſtãdũ: ideo nõ curo ꝓſequi qḋ de iure ciuili, vt no. Bar. in. d. l. naturaliter. ⁊ no. j. c. ſi. Scḋo caſu cũ nõ ſuperuenit
b mala fides[b] firmiter ſꝫ incepit dubitare. Bar. tꝫ qḋ nõ eſt iterrupta ꝑſcriptio. ĩ ↄtrariũ facit. c. j. xvj.
9 qḋ. iij. dicã plenı⁹ poſt glo. j. c. ſi. ❡† Tertio caſu putat hic. d. Ant. φ poſſit pꝛeſcribere quo ad eũ apud quẽ erat bona fides: qꝛ bona fides ⁊ mala pñt referri ad vnũ ⁊ nõ ad aliũ. ⁊ reſpicere vnũ ita qḋ nõ aliũ. ar. in. l. fulcinius. §. qḋ ſi aduerſus.
c ff. ex quib⁹ cau. ĩ poſ. ea. Ego firmiter puto[c] ↄtrariũ per tex. apertũ in. d. c. ſi. vbi ptꝫ φ poſſidẽs repugnãte conſciẽtia peccat. lꝫ iſte credebat rẽ nõ ſuã ergo peccat ⁊ ſic nõ poterat ꝑſcribere. ad idem. c. ſi virgo. xxxiiij. q. ĳ. vbi ḋꝛ φ tãdiu qs ḋꝛ poſſeſſoꝛ bõe fidei ꝙdiu ignoꝛat ſe poſſidere alienũ. ſꝫ iſte credebat rẽ nõ eſſe ſuã. lꝫ putaret eã eſſe illi⁹ cui nõ erat: ergo erat in mala fi. ad idẽ optie facit in

c ❡Sed tu dic verioꝛem eſſe opi. Bar. in. d. l. naturaliter. ⁊ dom̃. Ant. hic quã tenebat dñs meus Franc. de are. in voce legẽs hãc decre. ⁊ ꝓ hoc adduxit tex. ĩ. l. aut qui aliter. §. ſi qs dũ putat. ff. qḋ. vi. aũt clam. ⁊ ibi Bar. per quẽ text. dicebat repꝛobari. no. in. l. §. interdum in ver. vlt. ff. vti. poſ. ⁊ idẽ in terminis qḋ. do. Anto. tenet hic Pet. de anch. ĩ c. j. in pe. col. eo. ti. lib. vj. vbi pꝛo hoc alle. ꝑ caſu l. q balneuꝫ. ff. q po. in pigno. ha. ↝ Sebaſti. Sapi.

d ❡De ſtatutis. Vide ale. ⁊ Jaſ. in. l. ſi. ĩ pꝛinc. col. iij. ff. de eo ꝑ quẽ factũ erit. vbi late ⁊ Roman⁹ in conſi. xxxix. inci. in queſtione pꝛopoſita.

e ❡Pꝛeſcriptiones ſtatuarie interrũpũtur ſola executionis miſſione: ſed dic qḋ debent interrũpi ꝓut ꝑſcriptiões iuris cõmunis vt plene not. Joã. and. in addi. Specu. in titu. de appel. §. nũc bꝛeuiter. circa pꝛinc. Bal. in l. ſi. C. ĩ quib. cau. re. in inte. nõ eſt neceſ. ⁊ in. c. j. §. ſi qu̇is ꝑ. xxx. ſi de feu. fue. contro. ⁊ in. c. j. §. ĩ cauſis. de pa. iur. fir. ⁊ vtrum per ſolaꝫ cautionem de iudicio ſiſti iterrũpaꝛ ꝑſcriptio et ꝑpetuetur actio iniuriarum. dic qḋ nõ. tex. eſt ĩ. l. ſi cũ. §. qui iniuriaꝝ. ff. ſi qs cau.

❡Adde quod bal. conſil. clxvj. li. j. dicit qḋ citatio facit etiã in alio loco ꝙ domicilĳ interrumpit pꝛeſcriptionem. ⁊ an iudiciuꝫ in quo agẽs ſuccubnit iterrũpat ꝑſcriptionẽ vide Pau. de ca. ↄſi. ccxciij. pꝛimo impꝛeſſis ⁊ qḋ citatio interrũpat pꝛeſcriptionem. vide Ro. conſil. xxxviij.

ſiñ. l. eũ qui nocẽtẽ. ff. de iniur. vbi ptꝫ φ iniuriaꝝ tenetur qui intulit iniuriã ex quo habebat iniuriãdi animũ lꝫ errauerit in ꝑſona ⁊ hoc de ſcḋo
10 reqſito. ❡† Quo ad tertiũ de defectu tituli ſatis cõfuſe Bar. tractauit in. d. l. naturaliter. Sꝫ clari⁹ dico ſic. aut ſupponit defect⁹ tituli: qꝛ certioꝛ effect⁹ eſt, poſſeſſoꝛ de illi⁹ nullitate. ⁊ tũc impedit ⁊ interrũpiꝛ ꝑſcriptio. qꝛ talis defect⁹ ſuꝑueniẽs cõſtituit eũ in mala fide. ar. c. veniẽs. j. eo. Aut ſuꝑuenit defectus tituli reſpectu reſolutionis: qꝛ ego poſſidẽs rẽ bona fide vẽdidi tibi rẽ illã ſub pacto vt deficiẽte ↄditiõe appoſita res eſſet inẽpta: ⁊ tũc lꝫ deficiat cõditio nõ tñ eſt interrupta pꝛeſcriptio inchoata ↄ dñm ſed poteſt pꝛimus poſſeſſoꝛ ꝑoꝛa tꝑa cũ ſequẽtib⁹ ↄtinuare: qꝛ nõ põt illa pꝛima ꝓpꝛie vẽditio dici cũ eſſet reſolubilis in euentũ ↄditiõis. ⁊ idẽ dicẽdũ in ſiñib⁹. ⁊ hec ꝓcedũt quo ad interruptionẽ naturalem.
11 ❡† Venio ad ſcḋm ꝑncipale. ſ. ad interruptionẽ ciuilẽ: ⁊ dicẽdũ φ iterruptio ciuilis eſt qñ aliqḋ de naturalib⁹ ⁊ ſubſtãtialib⁹ nõ extinguiꝛ: ſꝫ alias act⁹ celebꝛaꝛ q de iure ciuili ipedit ꝑſcriptionẽ, ⁊ ea interruptio ḋꝛ ciuilis, qꝛ a ciuili iure inuẽta eſt. ⁊ in hoc dicendũ φ q̃dã eſt ꝑſcriptio mere fauoꝛabilis vt vſucapio q̃ triẽnio cauſa cũ titulo ⁊ bona fide: vr̃ inſti. de vſuca. in pꝛinc. hec eñi eſt introducta in merũ fauoꝛẽ poſſidẽtis rẽ nobilez cũ titulo ⁊ bona fide. vt dicit tex. xvj. q. iij. §. põt. not. Dyn. in reg. poſſeſſoꝛ. li. vj. ⁊ Bar. in. l. ĳ. §. ſi rẽ. ff. ꝓ emp. ⁊. d. l. naturalr̃. ⁊ hec interrũpiꝛ. lit. cõte. niſi in effectu: qꝛ pẽdẽte iudicio currit vſucapio. ⁊ ſi iterim impleꝛ tꝑs teneꝛ rẽ reſtituere ſed pꝛonunciabiꝛ rẽ eſſe petẽtis. vt. le. ⁊ no. in. l. ſi rẽ alienã ꝑ alle. Quedã eſt ꝑſcriptio mere odioſe vt illa q̃ induciꝛ de iure ciuili ꝑ ſpatiũ. xxx. ann. cuꝫ mala fide: hec eñi nõ eſt introducta aliquatenus in fauoꝛẽ poſſidẽtiũ: qꝛ iura nõ fauent malefidei poſſeſſionibus. ſ. e. vigilãti. ⁊. j. eo. c. ſi. ⁊. l. ſi qs emptionis. C. de ꝑſcrip. xxx. ann. ⁊ hec interrũpiꝛ ꝑ ſolã citationẽ: vt in. d. §. põt. ⁊. l. cuꝫ notiſſime. C. de ꝑſcri. xxx. an. Et eſt ratio qꝛ cũ hec pꝛeſcriptio ſit fundata ſuꝑ odio ⁊ negligẽtia nõ petẽtis ceſſat negligẽtia cũ mittit executoꝛẽ ſeu nuntiũ. et iõ interrũpiꝛ ꝑſcriptio: ſꝫ ꝑcedẽs q̃ eſt mere fauoꝛe poſſidẽtis nõ interũpiꝛ lit. cõte. ꝑ hoc eñi non tolliꝛ titulus ⁊ poſſeſſio ꝑſcribẽtis ex q b⁹ cauſaꝛ fauoꝛ ſed expectaꝛ ſnĩa. Quedã eſt ꝑſcriptio miſta. i. partim introducta in fauoꝛẽ pꝛeſcribẽtis. ⁊ ptim in odiũ negligẽtis vt eſt ꝑſcriptio. x. vel. xx. an. cũ titulo cõtra pꝛiuatũ: ⁊ hic interrũpit litis cõte. facta coꝛã iudice cõpetẽti: vt. ĩ. d. §. poteſt. et in. l. pe. C. ne de ſta. defun. ⁊ ĩ. l. moꝛe litis. C. de rei ven. ⁊ hoc in actionibus perpetuis ſeu tꝑalibus. In annalib⁹ xo ⁊ pꝛetoꝛĳs. i. inductis per ꝑtoꝛes que reglr̃ durant anno. vt in. l. ĩ honoꝛarĳs ff. de act. ⁊ ob. fit interruptio litis conte. vel quaſi vt ꝑ libellũ pꝛincipi oblatũ: de quo dicẽdũ: vt in l. ĳ. C. qñ libel. pꝛin. obl. lit. cõte. faciat. ⁊ dicit bar. in. d. §. ſi rẽ. Itẽ dicẽdum ſi eſſet ꝑſcriptio annalis inducta ex ſtatuto pꝛincipis vel alicuius comitis ſeu baronis. nã ſtatuta ipſoꝛũ pñt eqparari iuri ꝑtoꝛio: vt no. idem Bar. in. l. iij. ff. de verb.
12 ob. ⁊ in. l. ſi. ff. de pe. ❡† Sed dubitaꝛ circa ꝑdi
d cta quid de ſtatutis[d] ſeu ꝑſcriptiõib⁹ ſtatutarĳs vt puta caueꝛ ſtatuto q non petierit debitũ ſuũ intra decendium cadit a iure ſuo dicit Bar. in. d. §. ſi rem. φ hec pꝛeſcriptio interrũpiꝛ per ſolã ci
e tationẽ:[e] qꝛ hec introducta eſt mero odio negli
13 gẽtis ſine tit. ⁊ poſſeſſiõe. ❡† Pꝛeterea dubitatur qui de ꝑſcriptio. xxx. an. cum bona fide ſine titulo. Barto. aperte non tangit in locis pꝛealle. Sed do. Ant. tenet hic φ interrũpitur per ſolã citationẽ ſicut illa que inducitur cũ mala fide et hoc refert idẽ ſi putaret dicendũ in pꝛeſcriptio

nibus

nibus currētibus ꝯtra eccleſiam vbi non exigit̄ titulus: q̄ currit mera negligentia. ad qđ alle. ſ. e. nihil ſm vnā lec. qđ ꝓfecto. c. nihil facit ad ꝓpoſitū. ꝛ ꝓfecto credo qđ in hoc do. Ant. errauit vř eni locutus expſſe ꝯ tex. in. d. §. pōt vbi expreſſe dr̄ ꝙ pſcri. xxx. an. ſine titulo equiparat̄ pſcriptiōi. x. vel. xx. an. cuʒ titulo. ꝛ vtraq; eſt inducta partim in odium negligētis ꝛ partim in fauorē poſſidētis cū bona fide. nā curſus maioris temporis ſupplet defectū tituli: ꝛ hoc etiam ſatis expreſſe colligitur in. l. ſi qs emptiōis. C. de pſcrip. xxx. an. hinc eſt ꝙ vtroq; caſu acquirit̄ dñiū preſcribēti. ſed in pſcriptione cum mala fide acqrebat̄ ſolū de iure ciuili. de quo dicēdū: vt. d. §. pōt ꝛ in. d. l. ſi quis emptiōis. ꝛ an valeat dictū ſtatutū factū cōtra nō petentē debitū intra decenniū dicā. j. c. ſi. in ſi. Itē interūpit̄ preſcriptio ciuilr̄ ſi non valens litē cōteſtari ꝓcedit p modū hic traditum in gl. ꝛ habet̄ in. d. §. poteſt. ꝛ in. l. vt perfectius. C. de anna. excep. Itē p ſacrū oraculum ſeu petitoriū vel reſcriptū principi oblatum, principi executorē ſeu nuntiū fuerit poſtmodū ſubſecuta cōuētio ſeu citatio: vt. l. iij. C. de preſcri. xxx. an. ꝛ an hoc caſu ſit neceſſe libellū ꝓducere. not. ibi. ꝛ in Spe. de exec. §. j. v̄ſi. executorū. ꝛ ſeq. per exceptionē vero nō fit iterruptio. vt no. in. c. ij. de or. cog. in glo. hic patet. Itē fit interruptio ſcđm glo. per ſolutionē vſurarū. d. l. ſi qs emptiōis. hic interruptio nō pōt habere locū in vſucapiōe vř in preſcriptione. x. vel. xx. ann. vel preſcriptione de iure canonico: ſed ꝓcedit cū qs vult pſcribere pign⁹ vel debitū. nā p ſolutionē vſurarū: q̄ debitū per hoc recognoſcit ꝛ interrūpit̄ pſcriptio. Itē ſcđm gl. fit interruptio p ſynodalē proclamationē. ſ. c. ſanctorū. hoc intelligo ꝓut no. in gloſ. dic vt ibi. Itē interrūpit̄ p ſcđam cautionē a debitore factā: vt. l. cū notiſſimi. alleg. in glo. hoc ꝓcedit in preſcriptione aduerſus debitū. ¶ Ultimo interrūpit̄ ſm gl. p denūtiationē factā colono[a]. ſ. vt lit. non cōte. qm̄. §. qđ ſi ſup. ꝛ. l. ij. C. vbi in rē act. ſʒ intelligit hūc caſum vt iñ illis iurib⁹ ꝓxi. alleg. hebet̄. An aūt p denūtiationem extra iudiciū factā interrūpat̄ pſcriptio: dic vt dixi. ſ. e. nihil. ꝛ no. j. e. ſi diligenti. ¶ † Sed q̄. ſ. dixi pſcriptionem inductam in fauorē preſcribentis ꝛ odiū negligētis interrūpi p litis ꝯte. corā ſuo iudice factā. Quero qđ ſi fiat corā iudice incompetēti[b] Sol. tex. vř dicere iuncta gl. in. d. l. pe. C. ne de ſta. deſun. ꝙ nō fiat interruptio. Idē per iſtu tex. voluit glo. xvj. q. iij. §. poteſt. ꝛ in. c. ex tuarū. de pnu. ꝛ in. c. vt debitus. de ap. ſentit Ioā. an. in addi. ſpe. in ti. de lit. cōt. §. effect⁹. ꝛ tenet Gui. de ſuza. vt ipe ibi refert ꝙ etiā dixit ꝓ illū tex. ꝙ interruptio nō inducit̄ p litis cōteſtationē habitā corā arbitro ſi cōpromiſſum nō valuit, ꝓpter defectū arbitri vel cōpromittentiū vel alia rōnē, ſʒ aliās valente cōpromiſſo inducat̄ iterruptio, ſicut corā iudice: vt eſt tex. in. l. pe. C. de arbi. Ad predictam opi. facit qđ not. Bar. in. l. accuſatur⁹. ff. de adul. ꝛ benefacit ſibi ille text. per quem ibi dixit. Ber. ꝙ quedā eſt pſcriptio q̄ p oblatione libelli interrūpit̄ ꝛ in illa inſpicit̄ vtrū libellus ſit bñ conceptus vel non: vt eſt caſus in. d. l. accuſatur⁹. iūcta. l. mariti. §. qnquēniū. e. ti. in preſcriptione vero q̄ interūpit̄ p ſolā citatione ſolū inſpicitur an citatio ſit bene facta: vt. l. cū notiſſimi. C. de preſcri. xxx. an. In pſcriptione v̄o q̄ interrūpit̄ per litis conteſtationē inſpicimus an ſit lis nūc ꝯteſtata. alle. d. l. pe. C. ne de ſta. deſun. Et ex his verbis infero ꝙ queadmodū pſcriptio nō interrūpit̄[c] p litis cōteſtationē factā corā iudice incōpetenti: ita nec p citationē factā p iudicē incōpetentem: ſʒ alſ p legitimā citationē fieret interruptio vt in caſu ꝓ̄alle. d. Ant. in. c. vt debitus. ꝓ̄alle. ſʒ predicta oīno nō referat. dicit tamē ad principalē. q. ꝙ vbi ad interruptionē requirit̄ litis ꝯteſtatio ꝓcedit premiſſa concluſio vt nō interrūpat̄ p actū geſtū corā iudice incōpetēti. vbi aūt exigit̄ ſola fides mala ſi ex illo actu ꝯſtitueret̄ in mala fide interrūperet̄ alſ nō. q̄ talia vt in facto conſiſtēt an operent̄ etiā ſine iudicis competentia not. in ſiſi. in. c. cū dilectus. de or. cog. in illa qđ. an p exceptionē interrūpat̄ preſcriptio. ¶ † Et in ſimili. c. atſi clerici de iudi. in illa. q. an actus geſt⁹ corā iudice incompetēti valeat ſaltē vt geſtus extraiudicialiter: ꝛ fuit hec optima conſideratio ſʒ clare nō exprimat. Un̄ clarius ꝓſequēdo ꝛ cōcordādo dic ſic ꝙ qñq; tale qđ expreſſit corā iudice incōpetēti qđ conſtituit aduerſariū in mala fide vt q̄ informauit in facto cōſcientiā ſuaʒ vel tale qđ dixit informare debuit arg. l. qđ te mihi. in. ſi. ff. ſi cer. pe. ꝛ in. c. inqſitiōi. de ſen. excō. ꝛ per Bar. in extrauag. ad repri. in ver. denūtiationeʒ in ſi. ꝛ tunc eſt inducta pſcriptio nō virtute act⁹ iudicialis ſed ꝓpter malā fidē ſuperuenientem.

16 ¶ † Que pſumit̄ ex cōiecturis. arg. in. l. cū querebatur. C. vnde vi. ꝛ in. c. ij. de renū. lib. vj. Aut non fuit tale qđ expreſſum ſed nuda citatio facta vel petitio emanauit ſimplr̄ a iudice incōpetenti: ꝛ tūc nō fit interruptio: q̄ cū hec ſit iterruptio nō naturalis ſʒ ciuilis. opʒ ꝙ actus teneat mero iure: ꝛ ſic loquit̄. l. pe. ꝓ̄alle. ꝛ cōtraria opi. ꝓqua facit. c. ſanctorū. iūcta glo. ſ. eo.

17 ¶ † Iuxta pdicta

d querit̄ nunqđ litis cōteſtatio[d] facta corā arbitratore ꝛ amicabili compoſitore interrūpat pſcriptionē. Ioā. an. tāgit in. d. §. effectus. ꝛ tandē vř

e cōcludere ꝙ nō:[e] q̄ corā eo nō eſt iudiciū: ſʒ hʒ vim cuiuſdā trāſactiōis qđ corā eo fit: vt in aut. vt diffe. iudi. §. ſi v̄o. ꝛ no. p Inn. in. c. quintaualłis. de iureiur. ergo. ꝛc. facit. l. alienam. ff. p emp. Hic dictū no. ꝛ limita ꝓut. ſ. dixi. niſi tale qđ ſit dictū qđ habuit inducere malā fidē. ꝛ hec bñ notabis.

18 ¶ † Sʒ q̄ro ad declarationē pdictorū an interruptio ſeu eius effect⁹ duret perpetuo. dic ꝙ in naturali durat tandiu q̄diu durat effectus interruptiōis. ſi enim recuperat poſſeſſionē amiſſam: vel ſuperuenit bona fides vel titulus: īcipit de nouo pſcribere: q̄ ceſſauit cā impediēs ꝛ ſuperuenit cā cōfirmās: vt. no. in ſiſi in. c. nō firmat̄. de reg. iur. lib. vj. Interruptiōe vero que fit ciuiliter modis pdictis: idē ſentit hic Inno. dicens qđ in his opʒ pſcriptionē inchoari. q. d. ſm Hoſti. qđ tpa pēdentia nō ꝓſunt pſcribēti. Et intelligo ꝙ de nouo inchoat̄ a tpe. ſ. quo ceſſat effect⁹ interruptionis: verbi gratia per lit. ꝯte. interrūpit̄ preſcriptione: vt. ſ. dixi. ꝛ noua pſcriptio nō incipit ſtatim poſt factā ꝯteſtationē: ſed poſtq̄ ptes ceſſauerūt litigare puta poſt perēptā inſtātiā: vt in

19 l. ſi. C. de preſcri. xxx. an. ¶ † Et ſcias ꝙ de iure ciuili actio q̄ prius erat tpalis q̄ cōteſtationē litis efficit̄ perpetua. i. durat p. xl. an. vt in. d. l. ſi. Sed de iure canonico dicit gl. no. in. c. j. xvj. qđ. iij. qđ ex quo facta eſt ſemel litis cōte. nō currit pſcriptio: q̄ preſumit̄ poſſidēs iaʒ habere malā fidē: ꝛ de iure ſuo titubare. C. de acqui. poſ. l. nemo. vñ

f non preſcribit ad mille annos[f] arg. c. ſi. j. eo. ꝛ idē tenet gl. in regula ſine poſſeſſione. lib. vj. ꝛ ſequit̄ do. An. hic. Sʒ ego dubito ꝛ ꝓ glo. facit q̄ peremptā inſtātia per lapſum triēnij vel renuntiationē partiū durat vitiū litigioſi. vt leg. ꝛ no. ī. l. j. C. de preſcri. lon. tēp. vñ nō pōt poſſeſſor pſcribere cōmuni tpe. ſ. x. vel. xx. an. ſicut prius. ergo cū duret dʒ de iure canonico ſemp impedire. ſ. eo. vigilāti. Sed hoc nō obſtāte ꝯriū arbitror verius. ſ. qđ iterū poſſit inchoari pſcriptio ſicut de iure ciuili hoc primo ſentit Gra. in. §. pſcriptionē. xvj. qđ. iij. non faciendo ibi differentiā inter ius canonicū ꝛ ciuile. Preterea hoc eſt de iure ciuili inductū ꝛ nō reperit̄ cōtrariū de iure canonico. ergo

20 ꝛc. de no. ope. nū. c. j. ¶ † Nō ob fundamentū gl. in eo qđ fundat ſe ſup aſſiſtētia male fidei: q̄ iura canonica loquunt̄ de v̄a ꝛ mala fide nō pſumpta. ſicut illa q̄ pſumitur p litis cōte. nā certū eſt ꝙ illa eſt preſumpta ꝛ nō vera: vt no. in. l. nemo. C. de acq. poſ. nā poſſidēs rem ꝛ credēs firmiter eā ſuā nō mouetur firmiter ad credendū ꝯriū ex eo ꝙ alius fecit ſibi qōnem. alſ de facili daretur materia impedienti ꝓpetuo curſum preſcriptionis. nā nō haberet niſi litem cōteſtari. Item illa preſumptio vacillatiōis ꝛ malefidei iam exorta

Sebaſti. Sapi.
a ¶ Colono. Uide Bald. in. l. ij. colū. pe. C. vbi in rem actio. ꝛ ale. in. l. naturalr̄. in apo. ad Bart. ff. de vſucapio. colum. iiij.

b ¶ In cōpetēti. Adde eundē cōſi. xiiij. li. ij. ꝛ per quē actum interrūpat̄ pſcriptio vbi lis cōteſtat̄. vide eūdē conſi. iij. q. xviij.

Sebaſti. Sapi.
c ¶ Nō interrumpitur. Uide bal. in aut. offeratur. C. de litis cōteſt. col. ſi. v̄ſic. venio ad illud. vbi tangit an et qñ proceſſus nullus interrumpat preſcriptionem vñcunq; cauſet̄ nullitas.

Sebaſti. Sapi.
d ¶ Litis conteſtatio. Uide Oldra. in conſil. cclxxvj. incip. factū tale eſt in vertice cuiuſdā montis. quē refert et ſequitur Bal. in l. cū ante col. pe. C. de arbi.

e ¶ Quod nō. adde quod illa dicta fuerunt originaliter Oldr. ꝯſ. clxxxvj.

¶ Et adde qđ lʒ per lit. conteſ. interrūpatur pſcriptio ō iure ciuili ꝛ perpetuet̄ vſq; ad. xl. an. vt d. l. ſi. hic alle. tñ interruptio facta p citationem vel executoris ſolam miſſionem: licet interrūpat preſcriptionē pcedentem. tñ. nō perpetuat actionem vſq; ad. xl. an. de hoc eſt gl. ſing. in. l. cū notiſſimi. in prin. ī v̄ſ. couentionē quē ſequitur ꝛ cōmēdat ibi Bart. C. de pſcri. xxx. an. ꝛ idem dicit glo. xvj. qđ. iij. §. poteſt addens qđ naturalis interruptio non perpetuat̄ vſq; ad xl. an. Et ad idē qđ dixi de executoris miſſiōe: vide etiam gloſ. in v̄ſi. executorē. in ſi. l. ſicut. C. de pſcri. xxx. an. An. Franciſ.

f ¶ An pſcriptio interrūpatur p miſſionē executoris ꝛ an per illaʒ perpetuetur actio ꝛ quanto tempore. vide p Bald. in. l. ſicut. in. j. col. ꝛ in. l. iij. de preſcrip. xxx. an. ꝛ Bal. ꝛ ale. in. l. ſi ſeruū. in. §. ſequit̄. de verbo. ob. ꝛ per Ange. in. l. ij. in. §. ſi rē. ff. pro emp. ꝛ per Alexand. in. l. j. ff. de eo per quē fac. erit. vbi dicūt quod pſcriptio ſtatutaria interrumpitur p miſſionem executoris ꝛ etiam perpetuatur in tantū tp̄s quantuʒ hʒ ex ſtatuto, ſʒ ſi interrūpat̄ p litis conteſtationē perpetuat̄ in xxx. an. ꝛ de multis modis interrūpendi preſcriptionē. vide per Bal. in. c. j. in. §. quid ergo. de inueſtit. de re. alie. fac. ꝛ in. l. j. ī. viij. col. C. de fur. ꝛ p Bal. in. l. naturaliter. ff. de vſuca. et per Paul. de caſt. in conſil. cclxxxviij. incip. viſa ſuper inſtrumento facti mentione.

Sebaſtia. Sapi.
a ¶ Incorpaliuʒ.
Uide are. in con
ſi. xxx. incip. viſo
themate. col. fi. i
prin. ⁊ late Bar.
veronen. in trac.
ſerui. vrb. predio
rum. c. xx. col. iiij.
b ¶ De interru-
ptiōe pſcriptio-
nis criminalis ⁊
p quē actū inter
rūpaẗ vid plene
p do. Ant. hic. i
iiij. colū. ⁊ vide p
bart. in. l. accuſa-
tur⁹. ff. de adul.
Et no. qd p accu
ſationē rei nō dr
ichoatū iudiciū:
ita q fit interru-
pta pſcriptio ſi
actor q facit cita
ri eū nō ꝯparuit
ſm bal. i. l. j. ff. de
in ius voc. q alle.
not. p Guil. in. l.
ſicut de pſcript.
xxx. an. ad idē vi
de Bal. in. l. fi. in
pn. ff. de eo p quē
fact. er. itē de iſta
materia vide p
bar. in. d. l. fi. ff. d
eo p quē fac. erit.
Anto. Franſc.
¶ An in crimi-
nalib⁹ iterrūpaẗ
pſcriptio ⁊ p quē
actū. ⁊ an p obla
tionē libelli ma-
le cōcepti fiat ta
lis iterruptio vł
p litis ꝯteſtatio
nem factam ſine
libello. vide per
Spe. in ti. de exe
cu. in §. ſʒ nūqd.
⁊ in ti. de libel. cō
cep. i. §. ix. ⁊. xvj.
in §. ſi. intra ſcdʒ
quoſdā. ⁊ i tit. de
in integ. reſt. i. §.
j. in ver. fi. ⁊ an in
terruptio facta
p accuſatorē pſit
iudici inquirēti,
vide p Bal. in. l.
negāda. C. q ac-
cu. nō poſ. ⁊ per
ale. in. l. intra q̄-
tuor. de diuer. et
tempo. preſcrip.
Sebaſti. Sapi.
c ¶ De agrimen
ſore. d q̄ culpa te
neaẗ agrimenſor
ꝯreneta ⁊ ſimi-
les pſone: tradit
Geor. Natta. in
repet. cle. ſepe. §.
q oia. col. vj. in fi.
cū ſeq. de v. ſig.
vbi pulchre. limi
tat. l. iij. ff. ſi mēſ.
fal. mo. dixerit.
d ¶ Cōſuetudinē.
Adde qd voluit
Fed. ꝯſil. ccxviij.

tollitur ⁊ purgaẗ peremptionē inſtantie ſaltem
cōtingentē culpa actoris. arg. c. cum ceſſante. de
app. Et ad predicta optime facit gl. no. in. l. ij. C.
de fruc. ⁊ lit. expē. vbi dicit gl. quod perempta in
ſtantia lapſu tpis poſſeſſor facit fructus ſuos q̄r
videtur bone fidei nec tenetur ad reſtitutionē et
eſt illa glo. multum not. Bar. ibi tñ ſentit cōtra
rium ⁊ videẗ velle q per conteſtationē interrum
patur preſcriptio ⁊ efficiaẗ malefidei. ⁊ q iſti effe
ctus durant etiā perempta inſtātia ⁊ concernūt
ipſam cauſam ⁊ nō inſtantiam. alleg. gl. in. l. pro-
perandum. §. ⁊ ſi quidē. in ver. iudicij. C. de iudi. ⁊
Inno. in. c. cauſam. de teſt. qui dicūt q perēpta
inſtātia durat vitium litigioſi. Et ſi velles tenere
hanc parteʒ poſſes dicere, q ius ciuile admittit
pſcriptionē ibi de nouo nō ſimpliciter: ſed requi
ritur tp̄s. xl. an. i. d. l. fi. nā ⁊ cū mala fide currit de
iure ciuili preſcriptio cū tanto tpe. imo regulari
ter non requiriẗ niſi tp̄s. xxx. ann. vt. l. ſicut. l. cuʒ
notiſſimi prealleg. Sed tenēdo aliā partē poſſet
dici q lex exigit de nouo. xl. an. nō ꝑpter pſum-
ptionem malefidei ſed ꝑpter diligentiā habitā
per actorē. nam purgauit ad tp̄s negligentiam
litem cōteſtando. ⁊ certe articulus iſte eſt dubi⁹
pars gloſſ. eſt tutior ⁊ cōmunior ⁊. in iudicio ſer-
21 uaretur: ſed alia vr̃ verior. ¶ † Quero qualiter
a interrūpatur pſcriptio iuriū incorporaliū.ᵃ So.
dicit Bar. in. d. l. naturaliter. q quedam ſunt iu-
ra corpalia debita fundo. ⁊ tunc interrūpitur p
dita poſſeſſione fundi dominātis. vt. l. ſi edes. §.
j. ff. de ſer. vr. pred. Itē interrūpitur contra illum
qñ ille cōtra quē pſcribitur impedit eū vti ſerui-
tute. vt. l. ſequiẗ. §. ſi viam. ff. de vſuc. cū enim in in
corporalib⁹ nihil aliud ſit quaſi poſſeſſio niſi ad
uerſarij patiētia: vt. l. quoties. ff. de ſerui. ⁊ ſtatim
qd quis deſinit pati iterrūpiẗ quaſi poſſeſſio ſer
uitutis. Itē dicit in iuribus incorporalibus nō
coherētibus predio. vt in iuriſdictionibus ⁊ ſimi
libus. nā ſtatim cum ſit vnus actus per quē quis
ꝓhibetur vt illo iure interrupta quaſi poſſeſſio,
⁊ de hoc eſt bon. tex. in. c. auditis. j. eo. ⁊ meli⁹ in
c. cū eccleſia ſutrina de cau. poſ. ⁊ ꝓprie. quinimo
ſentit plus Inno. in. d. ca. auditis videlicet q eo
ipſo quod is ad quē ſpectat iuriſditio de iure ex
ercuit illa iura intra tp̄s pſcriptionis vr̃ illā in-
terrupiſſe. ⁊ facit qd no. glo. in. c. j. j. e. lib. vj. vide
22 qd dicā in. d. c. auditis. ¶ † Quero qualiter iter
rūpaẗ pſcriptio libertatis. Sol. bar. in. d. l. natu-
raliter. p quēcunqʒ actū quo quis vtaẗ ſeruitute
vt in arboribus. §. itē conſtat. ff. de vſufru. Item
credo. q quis poſſit iterrūpi naturaliter ⁊ ciuili
23 ter modis predictis eadē rōne. ¶ † Quero cer-
tū eſt ſaltem de iure ciuili currit pſcriptio contra
b accuſationes criminales.ᵇ ⁊ regulariter excludū
tur per tēp⁹. xx. ann. vt. l. querelā. C. de fal. dixi re
gulariter quod quedā ſunt que preſcribūt mino
ri tpe vt accuſatio adulterij q̄ preſcribitur ſpacio
quinquennij. l. adult. C. de adul. ⁊ vide de his ple
ne per gl. in. d. l. querelā. queritur igitur qualiter
in his fiat interruptio. Sol. dicit bar. i. d. l. natu-
raliter. qd p ſolā libelli oblationeʒ: vt. l. mariti. §.
quinquennium. ff. de adul. nō ergo requiritur ci-
tatio nec litis cōteſtatio. ſed ſolā libelli porrectio
quod no. ⁊ aduerte: q̄r ideo dixi q currit de iure
ciuili: q̄r de iure canonico eſt dubiū. ⁊ gl. no. in. c.
admonere. xxx. q. ij. dicit q ſemper maritus pōt
accuſare vxorē etiā ad mille anaos ſi tanto tem
pore contingeret eā viuere. Et idē ſentit malijs
criminibus: q̄r qñcunqʒ crimina claruerint pu-
nienda ſunt. xxiiij. q. iij. ecce. ſed tu vide quod dixi
24 poſt docto. in. c. lʒ ꝓbatio. ¶ † Quero an inter-
ruptio ciuilis ꝓſit omnib⁹: puta ſi fuit lit. cōteſt.
contra me: ⁊ ſic iuterrūpitur preſcriptio iuxta p-
dicta: an operabitur ſuum effectū etiam contra
alios. Solu. cōmuniter tenetur qd non ſed ſolū
prodeſt actum exercent quaſi reſtringatur act⁹
ad certam perſonā. ad hoc. l. intra quatuor. ff. de
diuer. ⁊ tem. preſcrip. no. glo. in. d. §. poteſt in ver.
interupta. no. in. d. l. cū notiſſimi. ⁊ Barto. in. d. l.
naturaliter. ⁊ do. Anto. hic. Ego dico q de iure

ciuili ſatis pōt hoc admitti: ſed de iure canonico pendet iudicio meo
ab illa qōne quā. ſ. examinaui. Nā ſi tenemus q p ꝯteſtationē li-
tis efficit male fidei poſſeſſor ⁊ q durat hoc vitium etiam perēpta in
ſtātia nec ſcio videre quomodo nō interrūpatur quo ad oēs: quia q
non eſt ex fide. i. conſcientia peccatū eſt: vt. j. ca. fi. ⁊ facit quod dixi. ſ.
Sed ſi tenemus aliā opi. quā. ſ. dixi veriorē quod hec eſt ficta interru
ptio ⁊ q non durat perēpta inſtātia ſatis poteſt hec opi. ſuſtentari ⁊
vide ad limitationē pdictorū glo. p xi alle. in. d. §. pōt. que dicit q con
teſtatio litis interrumpit pſcriptionē qñ ſcʒ fit eo animo vt ducat cau
ſam vſqʒ ad finē: ſed impeditur poſt mediū per caſus fortuitos: alias
nō prodeſt cōteſtatio. arg. a contrario ſenſu in. l. vl. C. de preſcrip. xxx.
nima cauſa inter duos corā iudicib⁹ vertate fuit
appellatū querit vtrū appellatio teneat. Rēſpō
det papa in qualibet cauſa maiori vel minori po
2 teſt quis appellare ſi grauet. Ber. ¶† No. ꝙ ap
pellatio nō eſt fundata ſuper ꝗtitate grauami
nis ſed ſuper iniuſtitia ſnīe ⁊ iniqtate iudicū cō
cor. l. j. ff. e. ideo pōt appellari etiam in minimis
cauſis: qꝛ iniuſtitia ⁊ iniqtas ita poſſunt accide
re in minimis ſicut etiā in maioribus. ⁊ hec ē ra
tio decidendi vera ad tex. quā ſentit gl. hic in ſe
3 cūda pte ſui. ¶† Et ex hoc ⁊ ex tex. no. qḋ qñqȝ
curat etiā de minimis. ⁊ hoc quādo ratio que eſt
in maioribus militat etiā in minimis. alˢ ſecus.
Et ſic poteſt reſpōderi ad. c. ⁊ ſi queſtiones de ſi
mo. vbi de minimo nō curat. Itē in extraordina
b rijs remedijs regulariter nō curat de minimis b
ideo nō datur in eis in inte. re. l. ſcio. ff. de mino.
⁊ de re. ec. nō alie. c. pe. ſec⁹ in extraordinarijs: vt
hic. ⁊. xiiij. q. ſi. c. vl. vñ dicit Lau. ſe credere ꝙ etiā
pro gallina poteſt appellari. qḋ not. ⁊ p eo facit
4 inſti. de re. diui. §. gallinarū cum ſua gl. ¶† An
c aūt poſſit appellari cum iudex decreuit alimen
ta preſtari. vel qñ iuſſit rē exhiberi. vide in ſpe. e.
5 ti. §. in qb⁹. ſub verbo. viij. quādo res. ¶† Gl. no
ſtra diuiditur in duas partes. In prima querit
d que dicat cauſa minima d ſeu leuis. ⁊ ponit multi
plices. poſitiones quas no. ⁊ inter ceteras not.

illā qñ ſumptus litis iudicialis excedit valorem
cauſe. de quo. ij. q. vj. anteriorū. ⁊ vide p Bar. in. l.
mediterranee. C. de an. ⁊ tri. li. x. aut. niſi breuio
res. C. de ſen. expe. reci. Et ſing. dixit bart. in. d. l.
mediterranee. per illum tex. quem excuſari ſi nō
fecit id ad qḋ faciendū maior erat ſumptus quā
rei agēde vtilitas. Et ſic excuſatur prelatus vel
tutor ſi non mouit cauſaȝ qñ maior erat ſumpt⁹
iudicialis ᷓ vtilitas cauſe. ⁊ idē dicit in ſimilib⁹
ꝙ no. vide etiā glo. in. c. ſi. de re iudi. lib. vj. vbi dꝛ
arbitrariū cōſiderata qualitate pſonarum que di
cat magna cauſa. ⁊ idem no. in. d. aut. niſi breuio
res. Hoc tamē vȝ ad aliū effectū ſcilicet cū queri
tur ᷓ dicat magna vel parua cauſa. Alā reſpectu
huius. c. nō eſt curādū de iure canonico ſed de iu
re ciuili ſic qꝛ in modicis cauſis non appellatur.
d. aut. anteriorū. canonizata. ij. q. vj. credo tamen
ꝙ ius canonicum ponit quolibet. Nam licitū eſt
petere iuſtitiam de quocūqȝ grauamine. ſicut in
ſimili dicit ita iudicabis magnū ſicut ⁊ paruum
de iudi. nouit. Nō auteȝ ponit hec decre. quid ex
pediat. nam nō puto expedire viro pbatiſſimo
appellare in minimis negotijs. ar. in. c. vnico de
ſynd. decet enim paruo incōmoda ſtrepitu iudi
ciorū abſtinere, vt ibi ⁊ ob hāc cauſam apl's ſua
det pati iniuriā ⁊ fraudē potius ᷓ iudicio cū fra
6 tre id eſt cum chriſtiano cōtendere. ¶† In ſecū
da parte gl. querit quare de iure canonico lȝ ap
pellare etiam pro minima cauſa. ⁊ reſpōdet quod
hoc opeeatur ſubiectum appellationis qḋ conſi
ſtit in iuſtitia ⁊c. vt. ā. in. ij. no. Sȝ dices tu ſi hec
eſt ratio quare etiam de iure ciuili non appellat
p cauſa minima. dic ꝙ illud fuit ſtatutū de rigo
re contra naturam ap. ſed ſm canones pceditur
mitius, qua ratione inſpecta poteſt a quocunqȝ
grauamine appellari, vt optime ſentit gloſ. in. l.
j. ff. a qui. ap. non licet. in fi. quod no.
1 ☞Appellari poteſt de iure canonico etiā ante
ſententiam: ſed non de iure ciuili regulariter. 3.
vbi ponuntur caſus excepti.
Recuſari nō poteſt iudex ſine cauſa rationabili.
Tempus datum ad cauſam decidendaȝ incipit
a die preſentati reſcripti.
2 Appellari poteſt de iure canonico quandocūqȝ
pars ſentit ſe grauatam.
3 A datiōe torture pōt qs appellare anteᷓ det.
4 Litigator pōt in quacūqȝ parte iudicij petere ſe
remitti ad iudicem eccleſiaſticum cū munimen
tis cauſe. ⁊ hoc ex ſpeciali priuilegio eccleſie.
Priuilegium conceſſum eccleſie per imperatorē
non poteſt per ipſum amplius reuocari.
5 Inſtantia quare de iure canonico non perit.
Appellans temere de iure canonico nō punitur
de iure ciuili.
6 Sentētia in dubio intelligitur de diffinitiua.
7 Reſcriptum an det iuriſditionem a tempore da
te ipſius reſcripti vel a tempore pſentationis.
8 In appellatione ab interlocutoria dȝ ineſſe cau
ſa ⁊ legitima in appellatione a diffinitiua ſecus.
9 Appellatio ⁊ recuſatio nō ſemp iudicant a pari
niſi in quibuſdam caſibus hic expreſſis.
10 Appellatio remota ſiue ex forma iuris cōis ſi
ue reſcripti cenſeatur remota recuſatio.
Clauſula appellatione remota an extēdatur ad
omnem appellationem, vel ad friuolam tātum.
11 Dies preſentationis reſcripti an computetur in
termino.
Tunc: iſta dictio denotat extremitateȝ tēporis.
12 Omne tempus currit de momēto ad momētū
regulariter vbi aliud a iure non exprimitur. 14.
niſi quis impediatur impedimēto iuris. 15.
13 Iſta dictio qñqȝ eſt excluſiua ⁊ qñ incluſiua.
15 Iudex cōmiſſarius ſi reperit ſe ligatū tempore
quo ſibi pſentatur reſcriptum ante tempus in re
ſcripto contentum currat a die pſentationis.
16 Iudex cui eſt cōmiſſa cauſa terminād a intra bre
uiorem terminum termino iuris. an poſſit breuia
re dilationes ⁊ in ipſis non ſeruare ius commu
ne ad hoc vt in termino ſibi pfixo poſſit cauſam
terminare.

ſimili dicit in ſpecie. Albe. de roſ. in. l. in bonefidei. in vlti. colū. C. de reb. cre. ꝙ ſi eſſet queſtio inter duos ciues de. cc. florenis. diceret cauſa magna, ſed īter duos reges diceret modica ⁊ pua et hoc vltimū de regibus. vult etiā bal. in. l. ſed ⁊ ſi ſuſceperit. ff. de iudi. §. j. circa fi. Sȝ ꝙ ſit arbitrariū iudici inſpecta qualitate pſonarum vide Bart. in aut. minoris debitor. in. ij. col. cir. pnci. C. q da. tut. poſ. ⁊ dicit bart. in. d. l. admonendi. in xvij. co. in medio ꝙ lȝ cauſa pncipalis ſit magna ſi tñ ſit ſolū queſtio de poſſeſſione cauſa cenſetur modica ⁊ pua et expſſe ſequitur. d. ant. in. c. fin. de iureiur. in. vij. co. Anto. Franciſc.
¶Que dicat eſſe cauſa magna vel pua abſqȝ dubio dicas illam opi. eſſe verā, vt iſtud relinquat arbitrio iudicis p illam glo. in. l. illicitas. in. §. veritas ff. de of. pſi. ᷓ dicit ꝙ porcellus ruſtici dicit oculus ruſtici inſpecta qualitate ipſius ruſtici. et vide Ro. ⁊ lanfran. oria. q plene examinat iſtū paſſum in. l. ſi cōſtante. in pnci. ff. ſol. mat.
¶Adde que dicat dos magna vel pua. Bald. cōſi. cclviij. ij. lib. et dicit Pet. de ancha. ꝙ excuſatur tutor non faciēs inuentarium cuȝ pauptas eſt i pupil. is. eius. conſi ccxxiij. ⁊ ro. cōſil. l. ꝙ excuſatur adminiſtrator rei pu. cū nō exigit ppter ipet⁹ maiores exactiōes.

a ¶ Et ideo dixit Ang. in cõſi. caſus talis eſt. pronũtiatũ fuit ꝙ lz non poſſit appellari a ſentẽtia diffinitiua lata in poſſeſſorio tamen appellari põt a quolibet interlocutoria lata in ipſo poſſeſſorio ante diffinitiuã qꝛ grauamẽ illatũ per dictã interlocutoriã non eſt reparabile qđ eſt no. ⁊ hoc voluit Inn. ſm eum in. c. ſignificauerũt. ver. appellaſſe. ſ. de teſti. Et adde qđ iſto caſu qñ grauamẽ nõ poteſt reparari ĩ ſindicatu vt eſt ĩ tortura ꝙ ſi iudex ĩiuſte aget inferẽdo grauamẽ neduz eſt licitũ appellare: ſed etiaz põt de facto ⁊ cũ armis ſibi reſiſti ita pulchre dicit Cy. in. l. j. in fi. C. vnde vi. ar. d. l. ij. ff. de ap. re. Idez tenet Bal. in repe. illius. l. j. x. colũ. in ver. xij. quero an iudici poſſit reſiſti. ⁊ idem Bal. in. l. vt vim. ĩ. vij. q. ff. de iuſti. ⁊ iu. d. Alexã. in cõſi. cclxxvj. vbi ꝓprie cõſuluit in iſto caſu qui incipit poſt redditũ primum conſiliũ vbi addit idẽ tenere pau. de leaza. in cõmen. rubri. de reſt. ſpo. et vide oĩno per ipſum Pañ. in. c. ſi quando. ſ. de offi. deleg. vide que ſcripſi in. c. quod ad cõſultationez in vl. no. poſt abba. ſ. tit. pxi. Aeneas falconius. ¶ Adde pau. de caſt. conſi. xxij. in primo impreſſis. Anto. Franciſc. ¶ Circa hoc qñ grauamen eſt irrepabile an poſſit reſiſti per viz iudici ĩferẽti grauamen dicas qđ ſic prout videntᷣ tenere Innocẽ. ⁊ Ioan. and. in ca. cum dilectus. de accu. vbi dicunt ꝙ grauatꝰ eſt grauamen qđ infert iniuſte qñ nõ poteſt repari, quam illud qđ põt reparari, qꝛ tũc nõ põt reſiſti, ꝗuis vtroqꝫ caſu quãdo illud inferret a ſuperiore reſiſtẽtia de facto eſſet periculoſa.

Sebaſti. Sapia.

a ¶ Torquẽdum. vide Gandi. in tracta. malefic. ſub. de queſtio. ⁊ tormentis in. iiij.

Terminus datus ad cauſam expediẽdã de conſenſu partium eſt cenſendus peremptorius. nec pars auditur petens terminum ad probandum, nec ad hoc appellabit niſi fuerit in excogitato impedimẽto vel de conſenſu vtriuſqꝫ partis. 20. ſed quid ſi de conſenſu vnius partis, vide. nu. 18. Iudex non reſtituit quem ad ſuas defenſiones finito officio ipſius iudicis.

17 Sententia non eſt ferenda quando cauſa adhuc eſt dubia. licet tempus datum ad ſententiandũ ſit iam in fine.

Terminus datus ad cauſam expediendã per ſuperiorem poteſt conſenſu partium prorogari.

18 Dilationes ſunt minuende maxime quãdo cauſa eſt commiſſa breui tempore terminanda.

19 In ſummarijs etiam cauſis non ſunt dande tam breues dilationes intra quas partes non poſſint docere ius ſuum.

21 Reſcriptum in quo cauſa cõmittebatur decidẽda intra tantum tempus impetratũ de cõmuni partiũ cõſenſu, an ſi preſentetᷣ malitioſe per reuz incipiat currere tempus in preiudicium actoris.

22 Iudex cui fuit mandatum vt intra certum tempus cauſam inſtruat ⁊ inſtructã remittere mandanti poteſt cauſam remittere non inſtructam qñ ex defectu partium non potuit hoc facere.

1 Super. ¶ † Sũmatur ꝑ alia verba qꝛ ꝓpter breuitatem per alios nõ ſolet ſummari. ⁊ ſic. Secundum canones appellatᷣ etiam ante ſententiam ſm leges nõ niſi in quibuſdã caſibus. hoc primo. Appellatio ⁊ recuſatio equiparantur in hoc qꝛ ſicut in appellatione requiritur cauſa rõnabilis, ita ⁊ in recuſatiõe. hoc ſcđo ſm verũ intellectũ. Tẽpus aſſignatũ iudici ad cauſam decidendã incipit currere a tempore ꝑſentationis reſcripti. hoc tertio. ⁊ tria ſunt dicta ꝗ patẽt per. §. ¶ Caſus literalis. Secũdũ canones ⁊ ante ſentẽtiã. ⁊ poſt põt appellari. ſm leges non põt appellari ante ſentẽtiã niſi in caſibꝰ. itez vbicunqꝫ appellatio tollitur ⁊ recuſatio non admittitur. Itẽ ſi cauſa committitur terminãda intra certũ tempus illud incipit currere quando iudi-

2 ces literas recipiunt. Berñ. ¶ † No. j. ex tex. duas regulas vnam de iure canonico. aliã de iure ciuili. Prima eſt ꝙ quatuor tẽporibus poteſt appellari de iure canonico, intellige cauſa rationabili ſubſiſtẽte. j. eo. vt debitꝰ. videlicet añ litẽ conte. poſt conteſtationẽ tẽpore ſentẽtie: ⁊ poſt ipſiꝰ ꝓmulgationẽ. adde ⁊ quintũ tẽpus ſcz extra iudiciũ: vt in. c. cũ ſit. ſ. e. vel per alia verba colligendo mẽtẽ. c. potes ſic ponere regulã ꝙ vbicũqꝫ qs ſentit ſe in iudicio ꝑgrauari poteſt appellare de iure canonico. extra iudiciũ vero poteſt cum grauatur vel cum ſuſpicatur veriſimiliter grauari, j. eo. bone. vbi plene de hoc. ⁊ in clem. ſicut appella-

3 tionem. eo. ti. ¶ † Secunda regula de iure ciuili ꝙ ante ſentẽtie tempus non admittitur appellatio ꝗtũcũqꝫ ſubſit cauſa grauaminis. niſi in quibuſdam caſibus ⁊ qui ſint iſti caſus. dic breuiter ꝙ vbicunqꝫ grauamẽ illatũ ante ſententiã nõ poteſt reparari in ſentẽtia diffinitiua poſtmodũ ferenda ſemper poteſt de iure ciuili appellari. puta

a ſi iudex decreuit aliquẽ torquẽdũ[a] hoc eſt grauamen torture non poteſt tolli in ſentẽtia diffinitiua. l. ij. ⁊ ibi pleniſſime de hoc ꝑ Bar. ff. de ap. reci. ⁊ l. ante ſententie tempus. C. quo. ap. non reci. Idẽ dic vbi poſt grauamẽ non expectatur diffinitiua. ⁊ ideo ſi quis pronũtiauit ſe non iudicẽ ab hac interlocutoria appellari: etiam de iure ciuili qꝛ non expectatur alia ſententia ſi nõ poſſet ab hac interlocutoria appellari grauamen eſſet irreuocabile. Ad hoc glo. not. in autᷣ. habita. C. ne fi. pro pa. ⁊ Bar. in. d. l. ij. facit qđ le. ⁊ no. in ca. ſi-

col. ver. ſed quid de queſtione de facto. ⁊ Fran. brunũ in tract. de indicijs ⁊ tortura. Car. ix. in. iij. col. ⁊ Ange. de are. in trac. maleficiorum in verbo fama publi. cir. xij. ver. aduertis tamen.

b Sebaſti. Sapia. ¶ Ubi tollitᷣ. vide alex. in rub. ff. de re iud. vbi moder. ⁊ alex. in cõſi. l. inci. viſis actis cauſe. co. ij. in. ij. vo. Mat. ĩ no. xciij. ĩ ci. no. ꝙ ſub h vocabl̃o. an. ſiculũ. ĩ ꝯſ. xxxj. ici. bñ et em̃. ĩ. j. co. ĩ. iij. vo. ⁊ multa ẽt vid ꝑ Feli. ĩ. rub. ſ. d re iudi. col. v. v. ſcias ẽt ꝙ appellatiõe ſñie. vbi late qũo ĩtelligatᷣ v bũ ſñia in ſtatuto.

c ¶ Iſta rõ quã ẽt aſſignat pa. ĩpe ĩ d. c. pe. de iu. ĩ. iij. co. lz ſit colorata tñ ẽ fragilꝭ ⁊ eã reprobat lu. ro. ĩ. l. ij. ff. de re iudi. qꝛ iſtũ reſpectũ hũiſſent iura canonica ñ limitãdi aliquã iſtãtiã cãe qꝛ cũ d iure ca. a q̃cũqꝫ grauamine poſſit ap. ⁊c. vt h ꝑ iſtũ tex. certũ cũ iſte reſpectꝰ ẽt militet ĩ cã appellationis qꝛ corã iudice appellatiõis poſſet appellari aqcũqꝫ grauamine ſi iſte reſpectꝰ eẽt ĩ ꝯſideratiõe nõ ꝑbuiſſẽt ergo iura ca. limitare iſtãtia cãe appellatiõis. ⁊ tñ ẽ imitata vt ſit vnius an. vl̃ ex cã biẽnij c. cũ ſit. ſ. e. ⁊ tãto plꝰ qꝛ ĩ cã appellatiõis maiꝰ ꝑiudiciũ v titᷣ ⁊ ẽ no. ad examiatiõẽ ſcholariũ. Et ꝓpterea anſꝰ fuit ĩpe lu. ro. ĩ ꝯtigẽtia facti ꝯſulere ꝯ iſtã cõem opi. quã tenẽt oẽs legiſte ⁊ cano. in. d. §. pe. ꝙ ĩmo v. iure cano. ĩ foro canonico ĩſtãtia ſit limitata ad triẽniũ ſicut de iure ciuili notꝰ dupli ci fundamẽto. ⁊ eãdẽ opi. tz Ful. ĩ. l. ꝓperãdũ. ĩ ꝑn. C. de iud. vt ibi ꝑ eos. Tñia cõi ſentẽtia nõ ẽ recedẽdũ. ſ. iudicãdo ⁊ ꝯſulẽdo ſ; diſputãdo põt teneri ꝯtriũ prout tenui legẽdo per multas rationes et fundamenta limitata inſtantia de iure canonico ſicut de iure ciuili.

4 gnificantibus. ſ. de off. dele. ¶ † Adde tamẽ ad predicta caſuz ſing. de quo in. c. quicũqꝫ. xj. q. ꝫ. ⁊ recitatᷣ in. c. nouit. de iudi. hz enim eccl̃ia ibi priuilegium ſingulare ab imperatore cõceſſum vt in quacũqꝫ parte litis poſſit litigãs petere ſe remitti ad iudiciũ eccleſiaſticũ cũ munimentis cauſe ⁊ ꝗꝗ imperator videat poſtmodũ illđ priuilegiũ tacite reuocaſſe. tñ canoniſte dicũt illud eſſe irreuocabile. vt plene not. in dicto. c. nouit. vbi vide.

5 ¶ † Ex oĩbus predictis ⁊ ex tex. põt elici rõ quare de iure ciuili inſtantia perit triennio ⁊ non de iure canonico. iuxta no. in. c. pe. de iud. nam de iu- c re ciuili nõ admittuntᷣ tot appellationes ſicut d iure cano. plerũqꝫ em̃ periret inſtãtia curſu triennij ſi a quolibet grauamine poſſet appellari. Idẽ dic quod de iure canonico mitiꝰ proceditur quã de iure ciuili ideo de iure canonico ĩdiſtincte appellatur. ita no. dicit gl. in. l. j. ff. a qui. app. non licet. ĩ fin. hinc dicit ꝙ de iure canonico nõ ꝑunitᷣ temere appellans. ſed de iure ciuili. ſic. l. ab executiõe in fi. C. quo ap. nõ reci. ꝙ an ſit verũ. dicam

6 in. c. vt debitus. j. e. ¶ † No. ibi in prolatione ſententie. iunctis verbis precedentibus. qđ appellatione ſententie intelligitur de diffinitiua. quod no. probatur hic. vide tex. iuncta gl. in. c. cũ olim. de teſti. ¶ No. in. §. in cauſis qđ appellatio ⁊ re-

b cuſatio a pari iudicantᷣ. ⁊ vbi tollitᷣ[b] appellatio cenſetur ſublata recuſatio. An hoc ſit verum in-

7 diſtincte dicam ſuper gl. pe. ¶ † No. in. §. ſi autẽ quod in tẽpore prefixo iudici ad cauſam decidẽdam non cõſideratᷣ tp̃s dati reſcripti, illud autez prius conſideratur quo ad vim comprehenſiuã reſcriptum id eſt ad conſiderandum quid cõprehendat reſcriptum. ſic intellige. c. ſi eo tempore. de reſcri. li. vj. ⁊ c. eã te. eo. ti. ſed quo ad tempꝰ ꝑfixum iudici inſpicitur tempus preſentationis, qꝛ durum eſſet tempus antea currere quam iudici ſit preſentatum reſcriptum cum per prius nõ poſſit iuriſditionem exercere, vt in. c. paſtoralis. ſ. de reſcri. Predicta intellige quando tempus eſt diffinitum per numerum dierum ſeptimanarum menſium vel annorũ, vt puta ſi diceret cauſam audias, ⁊ decidas intra duos menſes vel duos annos vel decẽ dies vel quid ſimile: ſecus ſi limitetur ad certum diem, puta intra feſtuz aſſumptionis vel vſqꝫ ad tale tp̃s, tunc certum eſt tp̃s poſt datam currere ⁊ ſemper labi ſm Ioan. and. ⁊ placet communiter doct. ⁊ probaretᷣ ipa. Et per hoc conſulunt docto. vt de repreſentatione reſcripti fiat inſtrumentum vt ſic appareat quanto tempore durat iuriſdictio. Itez quod ꝑſentans ſit cautus de tale reſcriptum preſentet quando iudex eſt impeditus propter abſentiaz rei vel aliam iuſtam cauſam ne tempus inutili-

8 ter labatur. ¶ † Op. quod non liceat indiſtincte appellare etiam de iure canonico, vt in. c. vt debitus. j. eo. cuius contrariuz innuit litera. Solu. dicit glo. j. ⁊ bene tex. intelligendum de appellatione rite ⁊ iuſte interpoſita, nam ſi appellatur ab interlocutoria oportet ꝙ ſubſit ⁊ exprimatur cauſa vt in contrario, ſi a diffinitiua ſatis eſt dicere appello ab hac ſententia. ad hoc. l. ij. ff. eod.

9 tit. ⁊ per glo. in. c. cum eccleſia. j. eo. ¶ † Op. contra ſcđm dictum ⁊ videtᷣ ꝙ appellatio ⁊ recuſatio non in omnibus equiparantur, vt patet in. c. ad hec. ſ. eo. ⁊ c. propoſuit. ſ. eo. So. gl. pe. ſentit ꝙ iſta equiparantur ſolum quo ad formalitatẽ, vt ſicut in vna exigitur impreſſio cauſe legitime, ita ⁊ in alia. q. d. ꝙ ſicut ſine cauſa non licet appellare, ita nec recuſare. quo ad alia vero non equiparantur. ⁊ hoc placet Io. an. ⁊ cõiter doc. Videmus tamen ſm Io. and. ꝙ ab executore non ap-

c pellatur qui tamen recuſatur.[c] ſed an hoc vltimũ ſit verũ dic vt dicã. j. c. nouit. Itẽ ñ appellat a

iudice

a ℭ Gl.j.in.c.ſi qs in quacūq̃.ij.q.vj.intelligit iſtū tex.inquantū equiparat opp.recu.de recuſatione ſimplici ⁊ vaga.ſecus de legitima.⁊ per hoc poteſt dari ſol.ad.c.paſtoralis.⁊ alia.c.videntur contraria.

ℭ Adde an ꝓcedat a pari recuſatio ⁊ appellatio. Roma.in conſilio. ccxx. Alexan.conſi.lxxxix.j.lib.

b ℭ Et ꝑ iſta parte ego adduco id qđ vult Bar.i.l.j.ff.ſi qs cau.qđ dies termini nō cōputet in termino qñ aſſignatio termini ſimpliciter fieret,ſecus ſi ꝑ dictionē hinc. puta aſſignam⁹ terminū hinc ad x.dies.⁊ q̃uis nihil boni ad hoc allegat ꝑ h̃ Ludo.Ro.ibi text.quē reputat vnicum ⁊ ſingu.in.l.placet.cū gloſ.in xbſ.ab hinc.C.de ſac.ſan.ec.⁊.ſeq̃t Jmo.poſt Ra.i l.hmōi.ij.ff.de xb.ob.ſi hoc operantur iſte dictiōes hic ⁊ ab hinc nōmin⁹ debet poſſe hec dictio ex tūc poſita in tex.

ℭ Adde de hac dictione infra,et vbi:vſq̃ Oldr.conſi.xlix.

Sebaſti.Sapia.

c ℭ Omne tp̄s.vide Bal.in conſil.ccclxxij.inci.proponit in.ij.parte ⁊ multa cōgeſta per alex.in.l.j.ff.ſi quis cautioni.

d ℭ Vide de hoc ꝑ bal.⁊ Pau.de caſt.in.l.j.ff.ſi qs cau.cū multis cōcor.traditis ibi ꝑ do.Alex.⁊ ibi vide ꝑ Ludo.Ro.qđ ſi aſſignatio termini fieret per dictionem ſupra vel vltra.

e ℭ Et quādo cā eſt ꝯmiſſa iudici decidenda intra certum tempus breuius termino iuris an poſſit ꝯputare dilationes pl⁹ ſolito:et an poſſit pars ſi ſibi ſit neceſſariū petere ſibi aſſignari tantam dilationē q̃ abſorbeat totū tp̄s delegationis.vide ꝑ ric.mal.in ſua diſp.que incipit ex forma ſtatuti.plene ꝑ Joā.an.in addi.ſpe.§.reſtat.in.vi.colū.in add.inci.Old.in ſua diſpu.verſi.⁊

a iudice niſi grauet.qui tamen bene recuſatur[a] ⁊ ſi non grauet.Preterea appello a iudice in quē cōſenſi.quē tñ nō recuſo:vt in.c.inſinuante de offi.dele.iuncto.c.cauſam.de re iud.Item notorie delinquēs qui nō pōt appellare forte pōt recuſare vt le.⁊ no.j.e.cū ſpeciali.§.j.ſed de hoc dic meli⁹ vt dicā.j.e.ꝓpoſuit.Itē recuſat officialis corā ordinario ſuo ad ipſum tamen ab illo nō appellat,vt in.c.ſi contra vnū.in fi.de offi.dele.li.vj.et
10 vide ibi bonā gl.ō hac materia.ℭ†Aduerte tamen q2 tex.videt velle ꝙ vbi tollit appellatio videt ſublata etiā recuſatio.⁊ videtur velle Joan.an.hic procedere ſiue tollat per ius cōe exemplū ſ.eo.c.iij.⁊.c.cū ſit.in fi.ſiue per ſpeciale reſcriptū de reſcri.c.j.de offi.dele.ſuper queſtionum quod ego intelligo procedere reſpectu modi ꝓponendi.vt ſine ea nō liceat appellare vel recuſare,vt.ſ.dixi.Item credo hunc text.procedere ſm antiqua tempora ſcōz que licebat appellare indiſtincte vnde omnis appellatio q̃ non erat manifeſte friuola deferebat cauſam ad ſuperiorem:vt in.c.ad romam.ij.qō.vj.no.in.c.vt debit⁹.j.eod.vnde remotio appellationis facta per ius cōe vel reſcriptum operabat reſpectu appellationis friuole.vt ſine iuſta cauſa nō liceret appellare.qđ etiā voluit gl.in.l.j.ff.a qui.ap.nō licet in fi.⁊ hoc tēpore remota app.cēſebatur remota recuſatio:vt hic vt ſicut ſine cauſa nō liceret appellare ita nec recuſare.Hodie aūt nō puto hūc text.ꝓcedere:q2 remotio appellationis tollit oēm appellationē:q2 in iure nō reperit ſpecifice ꝑmiſſa.vt leg.⁊ no.in.c.paſtoralis.j.e.vñ durum eſſet dicere qđ per remotionē appellationis nō poſſit quis recuſare iudicē ex iuſta cauſa,licet nō ſit in iure exp̄ſſa.non em̄ eſt preſumēdū principē voluiſſe iſtū litigare corā iudice ſuſpecto.ar.in.c.cū inter.ſ.de exce.imo eſt dubiū an ꝑnceps poſſit tollere hāc exceptionē recuſatiōis:vt dixi in.d.c.cū inter.de exce.⁊.c.ad hec.de reſcri.Preterea ⁊ fortius cū iſta ſcilicet recuſatio ⁊ appellatio non equiparētur quo ad oīa.vt patet ex predictis.ergo remotio vnius nō extēdit ad remotionē alteri⁹ in materia odioſa qualis eſt iſta.ar.in.c.ſtatutū.de ele.li.vj.⁊ facit qđ no.in.c.tue.de ſpon.⁊ ſic intelligo iſtum tex.puto tñ ꝙ de iure ciuili reſpectu delegati remotio appellationis in reſcripto extendatur ad recuſationē,q2 de iure ciuili nō eſt op⁹ exprimere cauſam recuſationis:vt no.in.l.aptiſſimi.⁊.l.cū ſpeciali.de iudi.dixi in.c.ſi contra vnū.de offi.dele.⁊ ideo ſicut non lz ſine cauſa appella
11 re:ita nec recuſare vt hic.qđ no.ℭ†Quero circa tertiū dictū an dies preſentatiōis reſcripti cōputet in termino.Glo.fi.dicit ꝙ non allegat aliquas cōcordātias.In ꝯriū alle.l.cōtinuus act⁹.ff.de verb.obli.⁊.l.j.qui p̄ſens.vbi patet qđ poſt interrogationē ſtipulationis ſequi dz rñſio incōtinēti ſcilicet anteq̃ alios actus diuertat.Item videt in propoſito decidēdū ꝙ incontinēti poſt preſentationē literarū debet tp̄s currere ⁊ nō expectari aliud tēpus.Primā opi.ꝙ non cōputetur tenet Jnn.Goſ.Philip.⁊ Hoſti.ꝑ quibus facit cle.ſicut.eo.ti.⁊ qđ ibi no.in prin.mag.glo.Sed Guil.naſo tenet contrariū dicēs tēpus re
b ceptionis cōputari,quod ꝓbat per literā ex tūc[b] poſitā in tex.nā illa dictio denotat extremitatē temporis,⁊ eſt gl.c.ꝑſonas.ſ.e.⁊.c.q̃ ſit.de elec.li.vj.al's ſequeret abſurdū ſm eū eſt ꝙ remota iuriſditione poſſit iudex ea die ꝓcedere,q2 ſi nō cōputat dies inchoāde iuriſditionis:ergo nō dies
12 finiēde.ℭ†Et hāc opi.credit Jo.an.veriorem.⁊ facit in hoc vnā regulā notabilē q̃ in hoc quo
c tidie allegat ꝙ omne tempus[c] currit regulariter de momento ad momentū vbi aliud a iure nō exprimitur:⁊ hic ſoluit contraria de quib⁹ in gl.⁊ ſimilia.In eis enim ſpecifice cauetur.⁊ hāc opi.ſequunt cōiter moderniores:ſed vt habeat rñſio magis ſpecifica ad ꝯtraria,vt in materia habeas
13 bonā theoricā diſtinguē ſic.ℭ†Qđ qñq̃ termi
d nus prefigitur ad certū actū cum litera[d] a:appoſita numero dierum vel annorum vel menſiū ⁊ tunc illa dies nō computatur in termino,q2 hec litera a:de natura ſua excludit diem cui ſpecifice apponitur.Exemplū ſi dicatur facies hoc intra.xx.dies a die preſentationis vide ad hoc bonam glo.in.c.ſtatutū de preb.li.vi.⁊ cle.ſicut.de ap.Quādoq̃ litera a:apponit determinato tēpore vel ſtatuitur tempus ſimpliciter ſine litera a:vel ſimili ⁊ nūc regulariter currit tp̄s de momento ad momentum.vt voluit Joā.and.Exēplum iura prefigūt terminū.x.dierū ad appellādum a tempore ſententie quo caſu tēpus currit immediate a tempore quo ſentētia lata fuit.vt legi.⁊ no.in.c.quo ad conſultationem de re iud.et
14 ſ.in.d.cle.ſicut.ℭ†Adde etiā ad predicta gl.no.ff.de diuer.⁊ tēp.preſcrip.ſuper rub.que dicit ꝙ omnia tēpora preſcriptionū regulariter ſunt cōtinua ⁊ concurrunt de momento ad momentū:
15 niſi aliud in iure caueatur.ℭ Nūc extra glo.quero ad declarationē materie.§.fi.quid ſi iudex fuerit excommunicatus poſt datam reſcripti ⁊ ſic ligatus recipit reſcriptū vtrum habeat locū finis huius ca.vt tēpus currat a die preſentationis literarum.Hoſt.tenet ꝙ nō cum nec partes nec iudex poſſint illo tempore ꝓcedere.ſ.ti.proxi.ad probandum ergo non debet currere tempus.de reſcri.plerumq̃.de preſcrip.vigilanti ff.ad tertu.l.ij.§.confeſtim.⁊ hoc cōmuniter tenent docto.ſequentes ſed in contrariū facit quod.ſ.dixi:omne tempus currere de momento ad momentum.ad idē.l.ſed ſi per pretorē.ff.ex quib.cau.vbi patet ꝙ impedimentū iudicis nō impedit curſum tēporis licet det reſtitutio.facit qđ dixi.ſupra.e.ex ratiōe.Sed pro primo dicto cōmuni facit q2 iſtud eſt impedimētū iuris qđ habet impedire curſū temporis.vt in.c.q2 diuerſitatem de conceſ.preb.⁊.l.j.C.de anna.excep.⁊ maxime quando impedimentum preceſſit curſum temporis iuxta no.per Bar.in.l.ſenat⁹.ff.de offi.preſi.facit quod dixi in
16 c.illud de p̄ſcr.ℭ†Scđo quero pone ꝙ delegās
e prefixit terminum breuiorem[e] termino iuris.ſcilicet triennio.nūquid delegatus teneatur obſeruare ius cōmune in dilationibus concedēdis.Sol.Jnn.inſtat ⁊ in effectu cōcludit ꝙ aut de conſenſu vtriuſq̃ partis terminus fuit appoſitus aut petitionē alterius tantum.Primo caſu debet iudex ita abbreuiare dilationes ꝙ poſſit in termino ſibi prefixo cauſam decidere.talis enim terminus eſt peremptorius reputandus ⁊ habetur pro
f concluſione in cauſa.[f] vnde illo adueniēte iudex ad petitionem alterius partis ſententiam dabit.Nec differt ipſam dare quantūcūq̃ altera pars contradicat ⁊ ad probandum de iure ſuo terminum petat ⁊ quia ſibi denegatur appellet.q2 hoc ipſo ꝙ ab initio cōſentit in termino talis eſt peremptorius reputādus,vt.ſ.dixi niſi forte nouū et inexcogitatū impedimētum interueniat quare probationes ſuas nequiuerit inducere.tunc enim vel iure cōmuni vel beneficio reſtitutionis in integrum ſubuenitur ſicut fit in termino iuris vt not.ſ.e.ex ratiōe.Intellige tamen ꝙ vltra terminū prefixū dilationes nō debent dari nec in dicta cauſa procedat niſi de conſenſu partium hoc ꝓcedat,vt in.c.de cauſis.de offi.dele.Et hoc ſentit hic Jnn.in.alia gl.⁊ bñ loquit.Intellige ergo predicta ꝙ intra terminū ſibi prefixū poſſit reſtitui in integrū ratione impedimenti ⁊ non vltra.
17 ℭ†Quid ergo fiet ſi inſtat finis termini ⁊ cauſa nōdum eſt liquida propter probabile impedi

quia per Cy.l.j.C.qui ac.non poſ.Bar.in.l.ſi cū ipſe.ff.de excu.tut.per Bal.in.l.ſi quando.in.iij.col.ver.iiij.querit.C.de teſti.Jmol.in cle.j.in vl.col.ver.iij.quid ſi peta.de reſti.in inte.latiſſime ⁊ melius q̃ ꝑ alios per Sal.in.l.ſi docueris.C.de fal.d.Ant.in.c.licet.in.xij.col.de proba.qui ponit quid fiendū qñ incidunt tot dies feriati ꝙ abſorbent totū tempus delegationis.⁊ ad hoc facit.c.conſultationibus de offi.deleg.⁊.c.ſi quis incognit⁹.xij.q.ij.⁊ glo.in.c.puella.xx.qō.j.⁊ facit qđ eleganter no.Bal.in.l.j.in prin.ij.col.C.de iu.calū.alr̃.ſpe.in ti.ō dila.§.j.verſi.ſed nūquid currant.Item ad hoc facit ꝙ de dieb⁹ feriatis incidentibus no.glo.in.c.placita ſecularia.xv.q.iiij.⁊ glo.in c.fi.de iudi.⁊ que ibi ſcribūt.d.anto.⁊ doct.Itē ad de qđ not.Jmo.poſt Bal.in.l.q̃ diu.iij.in fin.iiij.co.ff.de acqui.here.⁊ Jnn.in.d.c.de cauſis.in glo.j.de offi.dele.

Anto.Franciſc.

ℭ An ⁊ quando dies termini cōputet i terminū vide l.l.j.ff.ſi qs cautio.⁊ in.l.ij.§.ſed ſi maritus.et ibi per Bar.ff.de libe.agnoſ.et per Bald.in.l.eos in §.fi.C.de ap.⁊ ad de ꝙ termin⁹ iuris poteſt ex cauſa per iudicē prorogari,vt in auf.vt liceat matri et auie.in.§.ad hec ⁊ per Cy.in.l.fin.C.de adult.⁊ in.l.petende.C.de in integ.reſti.⁊ in.l.ſcire oportet.in §.conſequens.ff.de excu.tuto.⁊ de materia vide plene in.c.conſuluit de offi.deleg.

Sebaſti.Sapia.

f ℭ In caſu vide Math.in no.xvij.incip.no.ꝙ qñcunq̃ eſt prefixa.Alex.in.l.ꝓperandum.§.et ſi quidem.C.de iudi.col.iij.repetentes.in.l.admonēdi poſt Bart.ibi in.iiij.colū.verſi.quero.j.ff.de iure iur.⁊ Bart.vero.in cau.xciij.īcip.ſepe contingit.alias in cau.lxvj.

a ¶ Hic dicit Jaco.but.in.l.iij. ff. ad.l.fal.vt refert pau.de ca.in.d.l. properanduȝ in prin.in.ij.col. qꝺ vbicūꝗ iudex videt aliqd fieri ad ꝓcraſtinationeȝ litis dȝ illꝺ amouere etiam parte nõ petẽte ne ſibi inſtantia pereat. Et dicit ſin.bar. ⁊ eius dictum ſolet multũ cõmendari in.l.ſeius et augeriꝰ.in eo.tit. ad.l.fal.ꝙ qñ iudex videt inſtantiam cauſe perire põt ex officio ẽt parte non petente ꝓcedere ad ſentẽtiandũ anteꝗ̃ inſtãtia pereat: licet regulariter nõ debeat ĩparti ri ſuũ officiũ irrequiſitus,put referunt idẽ Pau. ⁊.d.Alex.in.d.l. properanduȝ.in pn.⁊ ſeqꝉ Imol. multũ commendans in.c.cũ contingat.de iureiu. in.x.mẽbro.in.iij. q.bal.in.l.j. C.vt q̃ deſunt aduoc. tñ aduerte,qꝛ licet poſſit facere ſi vult,ſi tñ nõ faceret nõ incurreret penã aliquã ꝓpter lapſuȝ inſtantie:qꝛ etiã ſi ſtatutũ diſponat ꝙ iudex teneaꝉ diffinire cauſam ĩtra.l.dies ſub pena cẽtuȝ ducatorũ,put eſt in iſta ciuitate intelligitur ſi fuit requiſitus a pte ꝙ diffiniat alias ſi labatur inſtantia iudex non incurrit penã.ita decidit ſin.d.Anto.in.c. pe.extra de iudi. p regulã.l.iiij.§. hoc aũt iudiciũ. ff.de dã.infe.⁊ ſequiꝉ ſimpl'r. do. Alex.in.d.l.ꝓperandũ.ſȝ idẽ tenet Pau.de caſ. ibi.in.ij.colũ. vbi dicit ꝙ raro vidit iſtud fieri qꝺ iudices dent ſibi iſtũ laborẽ diffiniendi cauſas ſi pars nõ petat.et tũc tamẽ nõ põt eis negligẽtia ĩputari p regulaȝ d.l.iiij.⁊ ita intelligi debet Bald. l.j.§.ſciẽdũ. ff. de ma.cõue.vbi dicit eſſe tex.⁊ melius nõ probari alibi ꝙ iudex tenetur qui pmiſit labi inſtantiam prout etiam ipſe not.in.l.non dubium.C.de legit. in.vj.col.nam eſt verũ parte requirente.idem tenet ipſemet Ab.panor.in.d.c.pe.in penul.colum.

¶ Adde Ange. conſi.ccij.vbi ponit de ſtatuto dictante ꝙ cã committaꝉ an cõſiliũ ſapientis:qꝛ debet intelligi parte petente.

☞ Sebaſti. Sapia.

mentum partis puto ꝙ ſententiam ferre nõ poteſt qꝛ graue eſt in re dubia certam ferre ſententiam.xi.qꝺ.iij.graue oportet ergo ꝙ aut cõſenſu partium fiat prorogatio ad certũ tp̃s,iuxta illud c.de cauſis.aut cauſam mittat indeciſam ad ſuperiorem.de quo vide not.in.d.c.de cauſis.etiaȝ

18 ⁊per bar.in.l.properãdum.C.de iudi. ¶ † Scꝺo caſu cũ ad petitionẽ alterius partis tãtũ terminus fuit prefixus.tũc dixit Inno.ꝙ ad petitionem eiuſdem nõ differtur ſentẽtia vltra tempus ſtatutũ qꝛ ſic cõſenſiſſe videꝉ.ſed alteri parti non preiudicabat quin debeat habere moderatas dilationes ad probãdũ de iure ſuo.iudex tamẽ debet ⁊ cogiꝉ dilationes iuris diminuere. In hoc enim videtur delegãs gratiã feciſſe impetranti ſm eũ qꝺ not.Pro hoc facit ſm Hoſtiẽ.quia ſi mandatur ſententia ferri intra ſex vel intra octo menſes,non poſſunt dari tot ⁊ tãte indicie quot ⁊ quãte dari poſſunt ſi cauſa poſſet durare ſaltẽ vſꝗ ad tẽpus in iure ciuili ſcriptum ſcilicet triẽniũ.nam ⁊ tunc debet iudex dilationes reſtringere.Hinc dicit lex ꝙ nemo poteſt inuito iudice

a cauſam protelare,[a] vt.d.l.properãdum.⁊ alia lex dicit ꝙ ſemp dilationũ materia eſt amputanda.

19 C.de temp.ap.l.ij.in prin. ¶ † Cauendũ tñ eſt iudici ſcꝺm Innocẽ.ne ſi diminuat ꝙ omnino ius partis pereat que de iure ſuo nullatenus intra tã breuẽ dilationeȝ docere põt.ad hoc vide bo.tex. in cle.ſepe.de verb.ſign.qui dicit hoc precauẽdũ eciam in ſummariis.Eſt etiam de mente Innoc. ꝙ pars que nõ conſenſit in terminũ debet habere dilationes vlteriores quam actor qui cõſenſit

20 ¶ † Fatetur tamen ꝙ dilationes date illi reo ꝓderũt etiã actori vt infra eadẽ poſſit de iure ſuo docere,vt.l.petendi.C.de temp.in integ.nunquã tamẽ vltra terminũ iudex ꝓcedit nec dabit dilatiões niſi hoc procedat de cõſenſu partiũ vt dixi

21 in precedenti mẽbro.qꝺ not. ¶ † Sed q̃ro iuxta p̃dicta,pone ꝙ de cõſenſu partium reſcriptum fuit impetratum ⁊ duplicatũ ⁊ traditũ vtriꝗ parti reus aũt malitioſe preueniẽs preſentauit illud ſtatim iudici vt ſic tempus illico incipiat currere in preiudiciũ actoris:nũquid ſtatim incipiet currere an expectabiꝉ preſentatio fiẽda per actoreȝ cui incumbit onus probãdi.Sol.ſentit.Inn.qꝺ tp̃s incipit labi a prima preſentatione. Fatetur tamẽ ꝙ ſi de fraude rei conſtiterit eſt alteri ſubueniendum.⁊ ſi tempus totum fluxit ante ſuaȝ preſentationem debet delegans ſibi ſubuenire.arg. de in integ.reſti.ex literis.de verbo.obli.l.continuus.j.e.oblate.⁊ reus ex malitia ſua erit condẽnandus in expenſis.arg.c.ceterum.de reſcri.vbi actore veniente intra terminum cõſentiũt partes in prorogatione ⁊ reſtitutione termini q iam fluxerat.ar.š.de offi.dele.paſtoralis.in fin.ſm eum. Sed tu dic clarius ⁊ latius qꝺ aut reus preuenit actorem in preſentatione nõ malitioſe nec nimiũ precurrit,⁊ tunc currit tẽpus a die preſentatiõis ſue,⁊ imputandũ eſt actori qui fuit negligens in ius ſuũ proſequẽdo.ar.c.oblate.j.eo.puto tamen ſubueniendũ actori ſi ex impedimento probabili nõ potuit citius cõparere.d.c.ex literis.de reſti. in inte.tñ nõ ſuccurritur vt iudex delegatus poſſit ꝓcedere vltra terminũ ex ſe:ſed dȝ ſibi ſuccurri per delegãtẽ aut per viã prorogationis fiende partiũ cõſenſu,vt in.d.c.de cauſis.Aut reus malitioſe peruenit,⁊ ſi totũ tempus eſt lapſuȝ ante comparitionẽ actoris ita ꝙ iudex in nullo proceſſit intra terminũ,puto ꝙ nõ poſſit procedere poſt terminuȝ etiã in expẽſis cõdẽnãdo,vt in.d. c.de cauſis:ſed ſi actor cõparuit in termino ⁊ allegauit dolũ rei in preſentando niſi cõſenſerit ꝓrogari terminum poterit per iudicẽ cõdẽnari in expenſis.ar.c.ſi.⁊ quod ibi no.de reſcr.⁊ per delegantem poterit ſubueniri actori circa ꝓrogatio

22 nẽ termini. ¶ † Vltimo Inn.hic plene tractat quid ſi mandaꝉ iudici:vt intra certũ tẽpus cauſam inſtruat ⁊ extũc inſtructa remittat,an tenatur poſt terminum remittere ſi cãm nõ inſtruxit forte ex defectu actoris vel rei dubiũ facit,qꝛ nõ põt ſpecifice adimplere mãdatũ cum ſibi nõ fuit cõmiſſum vt cãm nude remitteret,ſed inſtructã. nũc aũt deficit qualitas.Inn.videꝉ cõcludere ꝙ teneꝉ ipſam remittere ſicut põt,⁊ dȝ citare ptes vt compareãt coram iudice delegãte qꝛ licet hic cõcurrãt duo mãdata vnũ de inſtruẽdo ⁊ aliud de remiſſione,tamẽ ex quo iudex non poteſt primum tenetur exequi ſaltẽ ſecundum:facit quod no.gl.in.c.cõſtitutus.de reſcri.Mihi placet hec concluſio,⁊ allego pro ea tex.in.c.piſanis.de reſti.ſpo.facit.c.cum dilecti.de do.⁊ contu.vide qꝺ no.Inn.in.c.ſi.de accu.Et hec ſufficiant.

1 ☞ Verberans vel percutiens clericum non poteſt abſolui niſi a papa,niſi iniuria fuerit leuis.

2 Percutiens clericum ipſo facto incidit in excõmunicationem maiorem.

3 Iudex ſi non admiſit appellationeȝ non poteſt appellanti prefigere terminum ad proſequẽdũ.

4 Communicantes cũ excommunicato quãdo incurrant minorem aut maiorem.

5 Verberans clericum an debeat ipſo facto ꝓnũtiari excommunicatus,an vero debeant primo recipi probationes.

6 A pena iuris nõ põt appellari:ſed bñ a ſententia iudicis d'clarãtis illũ incidiſſe in penã iuris.

7 In notoriis non reqniritur ſentẽtia:ſed quedaȝ executio:⁊ in eis non ſeruatur iuris ordo.

8 Appellatio an impediat denuntiationem excõicationis.

9 Verberãs clericum non debet abſolui niſi prius ſatiſſaciat leſo ⁊ niſi ipſe vocetur.

PEruenit. Cõuĉtꝰ ſup iniuria clerici,vel ſuper adulterio appellare poteſt niſi ſit notorius.h.d.cũ.c.ſeq.Cõis diuiſio, ſcꝺa ibi,fraternitati. ¶ Caſus literalis. Clerici conquerunꝉ corã iudicibus ſe ab aliquibꝰ vulneratos:vel alias leſos eſſe:q malefactores dũ impetunꝉ ad apo.ſe.appellãt.Rñdet papa ſi eoruȝ exceſſus nõ ſit notorius cõpellẽdi ſunt vt intra cõueniẽs tp̃s appellationẽ interpoſitã ꝓſequantur.Si vero exceſſus illorũ notoriꝰ fuerit,nõ ob. appellatiõe illorũ denũtiãdi ſunt excõicati:⁊ac vt excõicati euitandi donec paſſis iniuriam ſatiſſaciãt,⁊ cũ literis ſui iudicis apoſtolico cõſpectui

1 ſe preſentẽt. Ber. ¶ † No.ex prin.iuncto fi.ꝙ in

b cidẽs[b] in excõicatione ex percuſſione clerici nõ abſoluiꝉ niſi a papa q̃uis leſio in pſonã contigerit ſine vulneratione:hoc dico notandũ ad limitationem eorũ que no.in.c.peruenit.de ſen.excõ. vbi ſm opi.lect.habetur ꝙ ſi iniuria fuit leuis abſoluit ep̃s.hic habes ꝙ non omnis iniuria ſine vulneratione dꝛ leuis.que ergo dicaꝉ leuis vel atrox vel mediocris:dic vt habeꝉ inſti.de iniur. §.atrox ex circũſtãtiis em̃ ⁊ qualitate pſonarum

2 hoc deprehẽdiꝉ. ¶ † No.ij.ꝙ percutiẽs clericũ incidit ipſo facto in excõicationẽ maiorẽ:vñ nõ ſolũ eſt priuatus participatione ſacramẽtorũ.ſȝ etiã cõione fidelium vt patet ibi cautius euitare ⁊c.licet aliud ſenſerit Gra.⁊ minus bene in.§.euidenter.xj.q.iij.⁊ ibi bo.gloſſ.in verſi.ab ingreſſu.

3 ¶ † Itẽ no.ar.opp.ꝙ iudex nõ deferens appellationi ab interlocutoria:ſed ꝓcedẽs ad vlteriora nõ põt prefigere terminũ appellãti ad appellationem ꝓſequẽdã hoc.ar.colligo,qꝛ in principio vbi papa dicit ap.recipiendã mãdat terminũ p̃figi.In fi.aũt.vbi dicit appellationẽ nõ recipiendã nullã facit mẽtionẽ de prefixione termini.⁊ſic opti.facit iſte tex.pro dicto Innocẽ.c.ſi.de accu.

4 vbi hoc tenet.qꝺ dixi in.c.pſonaꝉ.š.eo. ¶ † Vltimo.no.bonũ remediũ ꝯpeſcẽdi laicos,⁊ iducẽdi eos ad ſatiſſactionẽ ꝓ iniuria pſonali illata clerico:vt iudex eccleſiaſticꝰ ad querelã clerici leſi denũtiet illũ malefactorẽ excõicatũ ⁊ cõpellat populũ ad illũ euitãdũ.⁊ dico ꝙ optima erit cautela vt iudex tpe denũtiatiõis excõicet oẽs q ſecũ cõicauerint añ abſolutionẽ. Nã timore maioris excõicatiõis euitabiꝉ ab oibus vbi hodie cõiter

c nõ euitaꝉ,qꝛ cõicãtes nõ incurrũt niſi minorẽ.[c] Et ꝙ poſſit talis ſententia fieri.vide Jo.an.in.c. ſtatutum

b ¶ Incidens. Vide Feli.in.c.porro.j.de ſen.ex.vbi dicit ꝙ ad hoc vt inferior a papa poſſit abſoluere percutientẽ clericum requiriꝉ qꝺ habeat cõmiſſionẽ a papa fallit in legatis.q habent in mãdatis ⁊ ibi per eũ p oſt Abba.⁊ an percutiens veſtẽ clerici ſit excõicatus tangit Feli.in.c. ij.col.v.ver. limita.j.š.de fo.ꝯpe. zacharias.

c ¶ Non incurrũt niſi minoreȝ.Adde quid in papa quando ſcienter cum excommunicato publico: et notorio communicat vide Fel.in c.nulli.col.ſi.xi. ⁊ ꝙ papa nõ poſſit.j.de ſentẽ.exc.

ſtatutū. de ſent. excō. lib. vi. in nouel. licet text. ibi non bene ponderat⁹
5 videatur prima fronte velle contrarium. ¶ † Sed circa pdicta ꝛ circa
a tex. moueo talem qōnem nunquid iudex^a eccleſiaſticus poſſit denun
tiare illū pcuſſorē excōicatū eo minime vocato. nec al'r pri⁹ declarato
ꝙ incidat in ſniaꝫ iuris, dic ꝙ vbi exceſſus nō eſt notori⁹ ꝺꝫ iudex illū
pri⁹ vocare ꝛ recipere eo pſente pbationes ſup facto ꝛ poſtea cōſtitu
to de facto declarare illū incidiſſe in ſniam iuris hoc pbat prio nota
biliter. in. c. cū ſm leges. de here. li. vi. ꝛ bi ptꝫ ꝙ ſi allegat quē incidiſſe
in ſniam iuris nō ꝺꝫ iudex poti⁹ pcedere ad executionem ꝙ̃ declara
uerit illū incidiſſe in ſniam iuris. Ad idē bo. tex. de iure ciuili licet nō
ita clarius in. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſ. ꝛ ibi p Bar. ꝛ ꝙ debeat
vocare reum quo ad materiam excōicationis vide bo. glo. iuncto text.
cle. pſenti. de cenſi. in cle. j. de penis. in verbo commode. ꝛ in cle. ij. eo. ti.
in verbo conſtiterit. ꝛ in. c. ſacro. in verbo conſtiterit, de ſenten. excom.
6 ¶ † Ab hac tamen declaratione pote ſt appellari qꝛ licet non poſſit
appellari a pena iuris, vt in. c. qꝛ. j. eo. ꝛ. l. ſi qua pena. ff. de verb. ſig. pt
tū appellari a ſententia iudicis declarātis illū incidiſſe in penā iuris,
qꝛ illa declaratio eſt ſnia hoīs ꝛ nō iuris. ad hoc vide gl. not. in. c. ꝙpiē
tes. §. quod ſi per viginti. in ver. priuatos. de elec. lib. vj. quam ſemper
b tenebis menti^b ꝛ ſi non appellatur tunc debet procedere iudex ad de
7 nuntiationem ꝛ nō prius vt hic dicitur. ¶ † Si vero exceſſus eſt no
torius tunc non opꝫ ꝙ hec ſolēnitas adhibeat. ſed pōt eum denūtia
re ꝛ facere arctius eum euitari imō pdicto. vt eſt tex. hic quē no. appel
latione nō obſtante, qꝛ notorius criminoſus non auditur appellās. fa
cit dictū Jnn. in. c. ex parte. el. j. de ver. ſig. vbi dicit ꝙ in notorijs nō re
quiritur ppria ſnia, ſed ſit quedā iuris executio. facit qō legi. ꝛ not. in
ictus fuſtiuꝫ. ff. de his qui no. infa. ꝛ. c. qm̄. de fil. pſby. vbi tex. not. ꝛ mē
ti ſemp tenend⁹, dicit ꝙ iſta notoria nō ſunt in iudicio adducenda. li
mita tū ſm qō not. in. c. veſtra. de cohabi. cleri. ꝛ mul. vbi dixi. ꝛ pmiſ
ſam cōcluſionē aperte tenet Hoſti. ꝛ Jo. an. in. c. reprehēſibilis. j. eo. et
8 ibi vr̄ tex. ſm vnū intellectū quē ponit ibi Hoſt. ¶ † Op. vlt. ꝫ tex. vr̄
eñ ꝙ appellatio nūꝗ̄ habeat impedire denūtiationē excōicatōis p
c. paſtoralis. j. e. qꝛ denūtiatio nō ligat ꝛ iō nihil noui facit iudex. So.
dico cōtrariū pcedere qñ cōſtat de excōicatione ꝛ ſequitur ab ea ap
pellatio vt cām deuoluat ad ſuperiorem, talis eñ appellatio non im
pedit denuntiationē futurā, qꝛ ex quo nō ſuſpēdit excōicationē pri⁹
latā non pōt ſuſpēdere denūtiationē qꝛ illa neceſſario ſequit excōica
tionē pcedētem, ſi eñ eſt excōicatus ergo ꝺꝫ vitari. Sꝫ hic loquimur
qñ reuocabatur in dubium vtrū incidiſſet in excōicationem quo caſu
appellatio ꝺꝫ admitti ne iſte ſine cauſa infamet ꝛ ab alijs iiuſte vitet.
9 ¶ † Ultimo no. ex fin. litere ibi, donec paſſus iniuria ꝛc. ꝙ pcutiens
clericū ꝺꝫ abſolui p ſuperiorem donec ſatiſfecerit leſo. facit. c. parochia
nos. j. de ſent. exc. vbi vide text. cū gl. ꝛ ideo curia romana ſernat quan
do aliquem mandat abſolui vt prius ſatiſfaciat leſo. ꝛ credo indubitā
ter illum leſum vocandum ſuper ſatiſfactione ſua ꝛ hoc eſt aperte de
mente gl. in. c. parochianos. prealleg. quā not. etiam vbi tractabit co
ram quo iudice eſtimabitur hec iniuria.

1 Adulterium eſt de foro eccleſiaſtico non ſolū quando agit ad ſepa
rationem tori, ſed etiam quando agitur ad vindictam.
Matrimonium eſt magnum ſacramentum in eccleſia dei.
2 Super notorijs non eſt de facili procedendum anteꝗ̄ conſtet an ſit in
veritate notorium.
Teſtes deponentes ſuper notorio ꝛ non reddentes cām ſcientie ſuffi
cientē licet de cauſa non interrogentur non probant, idē quando de
ponunt de aliquo quod non ita de facili pcipit iudicio intellectus.
3 Super notorio non debet pati iudex ꝙ fiat proceſſus.
4 Jn appellatione a diffinitiua regulariter non exprimitur cauſa.
Jn notorijs quando appelletur.
Appellatio quando requirit expreſſionem cauſe.

c **Conſuluit.** ^c Summatum eſt. ꝫ. c. proxi. ꝛ ſcda
1 pars ibi conſultationi. ¶ † Uo. arg.
ex tex. ꝙ iudex eccleſiaſticus pōt pcedere ꝯtra laicos adul
teria cōmittētes. lꝫ nō agat principaliter ad ſeparationem
tori, ſꝫ ad vindictā. ꝛ hoc qꝛ adulteri dicunt ſacrilegi. C. de adul. l. quā
uis. in fi. cum mr̄imoniū ſit magnum ſacramētū in eccleſia dei, vt de bi
ga. debitum. ꝛ hoc tene quicqd ſenſerit Jo. an. in. c. ſi. de fo. cōp. lib. vi.
vbi dicit ꝙ adulterium eſt de foro eccleſie dūtaxat qñ agit ad ſepara
tionem tori, ſed p dicto meo vide aliū tex. in. c. de bñdicto. xxxij. q. j. et
in. c. i. ꝛ qō ibi dixi. de offi. ordina. ꝛ in. c. cū ſit. de fo. ꝯpe. vbi pleni⁹ dixi
2 poſt gl. ¶ † Uo. ij. nō eſſe de facili pcedendū ſup aliquo tanꝗ̄ noto
rio, qꝛ multa dicunt notoria que non ſunt. ꝛ ad hoc quotidie allegat
hec lrā. ex quo infero aduuʒ no. dictū ꝙ ſi teſtis ſimpliciter dt factuꝫ
eſſe notoriū. ꝛ aliter cām nō reddit ēt nō interrogat⁹ a iudice nō pbat,
qꝛ notoriū de facili nō ꝯprehēdit ſenſu corporis, ſꝫ iudicio boni intel
d lect⁹, adeo ꝙ et periti titubāt an qñ factū dicat notoriū ꝛ hoc alibi di
cit gl. no. de notorio loquimur ꝛ qd ſit notoriū ignoram⁹. ij. q. j. mani
feſta pro predictis vide bonā theoricā Jnn. in. c. cū cām. de teſti. ꝛ Bar
to. in tract. de teſtib. vbi dicunt non valere dictū teſtis qñ deponit ſu
per eo quod percipitur iudicio intellectus ꝛ non cū modico diſcurſu,
non reddit cām dicti ſui, licet de cauſa non fuerit interrogat⁹ ꝛ rōneꝫ

a ✠ Sebaſti. Sapia. ¶ Nunquid iudex. vide do. Barth. ſozi. in conſil.
inſerto inter conſilia dñi Franciſ. curtij. nu. xx. col. vj. Ro. in conſi. cccc
lxxxij. inci. in caſu premiſſo. col. fi. ver. tertio dico.
b ¶ Tenebis menti. adde Ro. cōſi. cccclxxxij. vbi tenet ꝙ requirat cita
tio cum quis declaratur excommunicatus cuius contrarium tenet Fe

huius dicti dixi in. d. c. cum cauſam. vbi vide. fa
cit etiam quod not. Bart. de teſte deponente ſu
per fama. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de queſt.
ꝛ hoc no. qꝛ ſepe accidit ꝛ vide qō dixi in. d. c. cuꝫ
3 cām. ¶ † Uo. iij. ex tex. iudicē nō debere omitte
re pceſſum fiendum ſup notorio pter hec vba
generalia multa dicuntur notoria ꝛc. Si eñ cer
4 tus eſt non debet de hoc curare. ¶ † Ultio op.
cōtra tex. videt eñ ꝙ hodie nihil operet, qꝛ aut
quis grauat ꝛ ſemp pōt appellare ſiue factuꝫ ſit
notorium ſiue nō, aut nō grauat ꝛ non pōt ap
pellare, vt in. c. vt debitus. j. eo. Solu. Jnn. fatet
contrarium, ſed Hoſti. dicit ꝙ vbi crimen eſt no
torium non poteſt de facili quis granari niſi iu
dex excederet modum. ꝫ. c. iij. de offi. ord. Jo. an.
dicat ꝙ iura hoc non intendunt qꝛ notori⁹ per
appellationem non euitat correctionem crimis,
quaſi illud non cōmiſerit qō facit occult⁹. Ego
reſpondeo formaliꝰ ſaluando hoc. c. ꝛ ſimilia
iura qꝛ in facto occulto admittitur quis appel
lans a diffinitiua quantuncūꝗ̄ cauſam nō expri
mat appellandi, qꝛ ſaltem hꝫ locū illud nō pba
tum, pbabo. Nec regulariter cogit quis in appel
latione a diffinitiua exprimere cām appellandi.
ff. eo. l. j. in fi. cum ſeq. no. in. c. cū in eccleſia. j. eod.
ſed in facto notorio non audiet appellās a diffi
nitiua, cauſa legitima obfuſcante notoriū nō ex
preſſa, vt in. c. romana. §. ſi autem poſt ſniam. j. e.
lib. vi. ꝛ in hoc caſu intelligo hunc tex. ꝛ ſimilia
iura faciunt differentiam inter notorium ꝛ oc
cultum ꝛ vide Jnnoc. in. c. paſtoralis. §. preterea.
de offic. deleg. Ex cuius dictis elicio not. conclu
ſionem ꝙ vbicunꝗ̄ ius prohibet appellationeꝫ,
nunꝗ̄ iudex tenet deferre appellationi niſi cau
ſa legitima in ea exprimatur, et ita limita iura
que dicunt ꝙ in appellatione a diffinitiua non
eſt neceſſe cauſam exprimere. facit qō legi. ꝛ not.
in. c. qō ad conſultationem. de fen. ꝛ re iud.

1 Per appellationem interpoſitam extra iudi
cium non tenetur aduerſari⁹ ire vel mittere nun
tiuꝫ ad iudicem ad quem.
2 Lex vel alia diſpoſitio nō exprimens cām debet
conſiderari ꝙ ſit fundata in ratione naturali et
iuxta illam rationem debet interpretari.
3 Appellatio ad quid fuit inuenta.
4 Appellatio regulariter debet fieri coram iudice
a quo.
Appellatio qñ interponitur nō reqrit preſen
tiā appellati, ſꝫ ſufficit ꝙ ſibi intimet. nu. 6. ꝛ. 7.
5 Appellatiōi facta ſit in abſentia iudicis a quo
qꝛ ad vlteriora proceſſit ignorās appellationem
valebit proceſſus corāꝫ eo agitatus niſi pars ap
pellata hoc ſciuerit, ꝛ omnino litigauerit. intelli
ge vt. j. nume. 8.
6 Malitia probatur ex coniecturis id eſt ꝙ pars
aliquid fecerit malitioſe.

Suggeſtuꝫ. Hoc. c. ſum
matum eſt
ꝫ. c. meminimus. ꝛ dicvt ibi. cōiſdini
io. ſcda ibi. tue. ¶ Caſus literalis.
Aliqui exprimunt ab aduerſarijs ſuis, pter ꝙ
appellant, ꝛ cum ipſi oppreſſi ꝛ grauati iter arri
piunt ad appellationem pſequendam, aduerſa
rij illi qui cognoſcentes appellationem interpo
ſitam nec vadunt nec mittunt ad preſentiam pa
pe, ſed cum intelligunt illos literas reportaſſe,
appellāt ꝛ iter arripiūt ad papam, vt ſic aduerſa
rios eludant. Suggeſtum fuit domino pape. vñ
mandat quatenus ſi qs deprehenſus fuerit hoc
ex fraude vel malitia facere appellationi ſue nul
latenus deferat, ꝛ iudex in cauſa procedat, quia
decretalis illa qua iſti hoc facere preſumunt nō
ad deprimendam cuiuſcūꝗ̄ iuſtitiā facta eſt, ſed
ad remouendum iniquum grauamen. Bernar.

de. de ſe. ꝯſi. cix. ꝛ
cxviij. ꝛ quod ap
pelletur a decla
ratione per Ro.
ſing. ſuis. foli. v.
c ¶ Uide Bal. in
l. addictos. circa
mediū. C. de epi.
audi. vbi Bald.
ſing. ampliat qō
hic dr̄ nō appel
lari a ſnia lata ſu
per dlicto noto
rio vero. ſꝫēt ſi ſit
lata ſup notorio
vehemētis pſū
ptiōnis ꝛ ita di
xit de mēte Jnn.
ꝛ adde Bald. in
l. addictos. C. de
ap. ꝛ de hoc vide
pleniſſime p do.
Ant. in rep. c. ve
ſtra. d coha. cle. ꝛ
mu. l aīpe. char.
ꝛp do. in. c. roma
na. §. ſinaūt. vbi
bo. text. de ap. in
vi. ꝛ per. d. Alle.
de imo. in. l. ꝯſti
tutiones. ff. c. in
addi. ad bar. vbi
vltra iſtū caſum
enumerat mul
tos alios in qb⁹
nō lꝫ appellare.
¶ Caſus in qb⁹
in appellatiōe a
diffinitiua requi
rit expſſio cauſe
ꝛ adde Bal. in. l.
minorib⁹. in. iiij.
no. C. de his qb.
vt indi. ꝛ p Bal.
in. l. j. C. ſi de mo.
poſ. fue. ap. ꝛ i. l.
ij. in pnc. C. quo.
ap. nō re. ꝛ i. l. fi.
C. de lit. conte. p
Bar. in. l. fi. in. ij.
col. ff. d ap. re. ꝛ p
Jmol. i. l. j. §. inſ
ſus. ff. eo. de ap.
i iſtis locis repe
ries nōnulloſca
ſus in qb⁹ etiam
qñ appellatur a
diffinitiua requi
rit expſſio cauſe.
✠ Sebaſti. Sapia.
d ¶ Notoriū. vide
Aret. i ꝯſil. cxlv.
col. vij. Car. i cle.
paſtoralis. i. xvij.
not. de re indi. ꝛ
ꝙ debeat ꝯſtare
de notorio anꝗ̄
ſupernotorio alꝗ
quid diſponat,
tenet Car. in ꝯſi.
liiij. inci. in eluci
datiōe. in. iij. col.
ꝛ Roma. in cōſi.
cl. inci. viſis.

a ☞ Sebaſti. Sapia. ¶ Seruare. Uide Iaſ. in. l. illã. co. iij. C. de colla. ⁊
d. Fran. curt. in conſi. ix. inci. ticinenſi ſtatuto. col. vj. ⁊ in cõſi. lxxx. co. ij.
in pꝛin. Iaſ. in. l. de quibus. co. iiij in fi. cum ſeq. ff. de legi.
b ¶ Not. dictũ Cyn. No. ad intellectũ. l. ꝑ hũc. C. de tẽp. app. ⁊ ſiles que
dicunt ꝙ nõ ꝓbatũ in cã pꝛincipali põt ꝓbari in cã app. ⁊ nõ ꝓductũ
in cã ꝑncipali ꝓ
duci pt in cã ap
pel. verũ eſt qð
ꝑs ignoꝛabat vꝉ
etiã ſm. d. Ant.
de bu. in. c. ad au
dientiaʒ. ij. de re
ſcrip. ex alia ſimi
li iuſta cã putaqꝛ
pars fuit ĩpedi
ta ꝓducere ſeu ꝓ
bare ĩ cã ꝑncipa
li poterit in cau
ſa app. ſec⁹ quã
do fuit negligẽs
pars ꝓducere in
cã ꝑncipali qꝛ ñ
poterit in cã ap.
ita declarat do.
An. ĩ. d. l. ꝑ hãc.
quod not.
Anto. Franſc.
¶ Utrũ diſpoſi
tio. l. ꝑ hãc. C. de
tẽpo. ap. habeat
locũ in eo q fuit
negligẽs in ꝓdu
cẽdo vel ꝓbando
ĩ cã ꝑncipali an
vero ſolũ in eo q
adhibita debita
diligẽtia omiſit
facere ꝓbatiões
dicas ꝙ hʒ locũ
ſolũ in eo q fuit
diligẽs ſʒ ex ali
qua iuſta cã non
deduxit iura ⁊ ꝓ
batiões ſuas, qꝛ
tũc põt nõ dedu
cta dducere ⁊ nõ
ꝓbata ꝓbare alꝛs
negligentia aſſi
milaretꝛ culpe. l.
ij. ⁊ ibi glo. fin. C.
arbi. tute. l. ſi ſer
uus ſtichũ. ĩ pn.
⁊ ibi gl. in ꝟ. ĩ nõ
faciẽdo vbi etiã
ꝑ Bar. ff. de ver.
obli. ⁊ in. l. ſi mo
ra. ff. ſolu. mat. ⁊
ꝑ gl. ij. in. c. queſi
tum. de peni. ⁊ re
miſ. ⁊ adde ꝙ ne
gligẽtia dicitur
eſſe peccatũ moꝛ
tale ⁊ opponitur
pꝛudentie vt per
beatũ Tho. ij. ij.
q. lviij. arti. j. ⁊ ar
ticulo. iij.
☞ Sebaſti. Sapia.
c ¶ Appellatio.
vide Ang. in cõ
ſil. cxxx. inci. vi
ſis oĩbus. ⁊ Ro.
deci. xlix. incipi.
item ſi appelletꝛ
a diffinitiua. in
nouis. Lapuʒ in
alleg. xxxix. inci.
an valeat appel
latio.

1 ¶ † No. pꝛimo ꝙ per appellationem interpoſi
tam extra iudiciũ nõ tenetꝛ aduerſari⁹ ire vel mit
tere nũtiũ ad iudicem ad quem. quod dixi poſt
glo. in. c. cum ſit romana. ſ. eod. ⁊ hoc limita niſi
in caſibus in quib⁹ citatio fit a iure. vt in. c. j. de ele
ctio. lib. vj. ⁊ in cle. cauſam. e. ti. ⁊ in. c. coꝛdi. de ap
b re.Adde hic ſin.gl.in N.ego credo.vbi gl.ſoluēdo iſtā queſtionē cōcludit nō eſſe ꝓuidēdū excōicato in aliquo niſi fame periret ⁊ no.bene gl.quā videt͛ ſequi Jo.an.reddēdo cautionē diuerſitatis iter excōicatū ⁊ d̄poſitū q꜄ excōicat⁹ pōt ſibi prouidere ſcilicet petēdo abſolutionē ſed depoſit⁹ nō hꝫ ita remediū:q꜄ cū fuerit depoſit⁹ ꝓpter crimē quantumcunqꝫ ſit emendatus nō recuperat primū ſtatū merito ſibi diſpenſatiue prouidet eccleſia de aliquib⁹ tēporalibus ne cogatur mēdicare in oppobriū cleri.vide bo.tex.cū gloſ. in.c.ſtudeat.l.diſ.⁊ pro cōcluſione gl.vide gl.in.c.q꜄ ſepe.de ele.lib.xj.⁊ in.c.epiſcopus.vij.q.j.⁊.j.q.ij.quā pio.⁊ ſatis placet hec opi.glo.Et per rationē ſupradictā puto limitandā gl.no.que dicit prouidendū ſuſpenſo a beneficio ne cogat͛ mendicare:vt no.in.c.cū vintonienſis.de elec.intelligo em̄ glo.quando ſuſpenſio eſt facta ꝓpter crimē:ſed ſi ꝓpter cōtumaciā nō puto ſibi in aliquo ſubueniendū cū poſſit ſibi ꝓuidere ſatiſfaciēdo:nā ſepe homines de cibo ſecuri iuſtitiā negligūt.v.q.non omnis.Ex his poteſt inferri ad deciſionē q̄ſtiōis.Nūqd excōicato ſit fiēda eleemoſyna[c] nā ſi fame periret tunc ſubueniendū eſt ſibi per illud quod habetur hic:in fi.gl.xj.q.iij.qm̄ multos.ſecus vbi nō eſt tāta ne
17 ceſſitas.¶ † In ea.gl.ibi niſi in ſententia hoc exprimatur.
d No.bene gl.que ſentit ꝙ excōicato[d] non ſubtrahunt͛ redditus beneficij niſi hoc ſit expreſſum in ſentētia ſicut dicimus in relegato:poteſt tamen iudex hoc exprimere ſi vult ⁊ cū hac opi.trāſeūt do.vſqꝫ ad tēpus Jo.an.incluſiue ſcꝫ in iſto.c.nā nihil ſcribūt.ſed pretereūt:ita ꝙ licet gloſſ.nō impunet eā tamē nō cōfirmāt:vnde alibi aliund ſentiūt.vt j.dicā.d.Anto.tenet hic contra glo.vcꝫ ꝙ licet in ſentētia iudex nō expreſſerit nihilominus ſubtrahendi ſunt excōmunicato redditus bñficij:q꜄ priuat͛ cōione eccleſie.Itē ſi hic fuiſſet lata ſentētia reſpectu ſubtractionis fructuū illa fuiſſet ſuſpenſa per appellationē ſequentē cuius cōtrariū innuit͛ hic nullā tamē autoritatē adducit:ſꝫ ego allego plurimas vide tex.iuncta gl.xxxij.di.preter.⁊ Jnn.in.c.qualiter ⁊ quando.el.ij.de accu.prope finē.⁊ Spe.in ti.de ſuſpē. ⁊ inter.in fi.vbi recitat idē tenuiſſe Uin.in.c.quoties.de ſimo.⁊ Hoſt.in ſum.de ſen.excō.§.qd eius effectus.in ver.itē ꝙ nullū.Et miror de iſta opi.gl.cū ipſamet ſentiat cōtrariū in prin.dū dicit ꝙ q extra eccleſiā eſt:nihil debet poſſidere nomine eccleſie:hec rō militat etiā ſi in ſententia nihil fuerit dictū:hoc etiā apertiſſime ꝓbat hic nō impropriando literā.Nā ſolū hic fuit appellatū a ſentētia excōicatiōis: dicit ꝙ ex quo non ſuſpenditur per appellationē non debet ſuſpēdi actus omnino acceſſorius ad ipſam excōicationem vt eſt diminutio ⁊ ſubtractio redditū:ſi enim ſubtractio redditū nō ſequeret͛ neceſſario ex ſententia excōicationis:ſꝫ oporteret exprimere in ſententia tūc per appellationē ſequentem ſuſpēderet͛:q꜄ tūc tot eſſent ſentētie quot ſunt articuli.l.etiā.ff.de mino.Quāꝙ ergo appellatio non ſuſpēdat excōicationē propter naturā ſuā ſuſpendet tamē ſentētiā reſpectu ſubtractiōis fructuū vt habes bonā gl.in c.is cui.de ſen.exc.li.vj.ſed ꝙ ſubtractio fructuū oīno ſequitur excōmunicationē:ideo nō ſuſpendit͛ per appellationē,
18 vt hic.¶ † Ad vnū tamē aduerte q꜄ ſentit hic do.Ant.ꝙ adminiſtratio tēporaliū nō ſubtrahitur excōicato lꝫ nullā cōmoditatē dēat habere ⁊ cōſeq nihil allegat hoc mihi nō placet,q꜄ cū excōicato interdicat͛ cōmunio interdicitur ſibi poteſtas adminiſtrādi etiā tēporaliter:ꝑ hoc vide tex. in.c.veritatis.in fi.de dolo ⁊ cōtu.Itē excōicatus eſt ſuſpēſus ab officio ⁊ per conſequēs a beneficio:ſed ſuſpenſus a beneficio non debet ſe ingerere adminiſtratiōi ipſius:vt in c.j.de elec.li.vj.ergo ⁊c.quare puto ꝙ beneficio excōicati deputabitur economus per ſuperiorē aut vicarius tēporalꝫ: iuxta ea que habentur in ſimili in.c.peruenit.ſ.eo.⁊ in.c.cū
19 ex eo.de ele.lib.vj.⁊ in.c.fi.j.de ſta.reg.¶ † Et inquātū gl. dicit ꝙ excōicatus equiparat͛ relegato:no.eāꝫ ⁊ alibi dicit glo.iuris ciuilis.inſti.de cap.dimi.§.media.ꝙ equiparatur

e deportato[e].Sed dic ꝙ licet ſimilitudo ꝓcedat in aliquib⁹ non tamē omnibus.Nā proprie nō equiparatur relegato nec deportato:q꜄ pōt quis relegari reſpectu certi loci.vt.ff. de inter.⁊ rele.l.relegatorū.Sed excōicatus reſpectu vnius eccleſie eſt neceſſario excōicat⁹ quo ad om̄es eccleſias:vt in c.cure.xj.q.iij.Itē relegato nō denegat͛ cōmunio hominū nec ſacramentorū:ſecus in excōicato:q꜄ nō equiparatur ꝓprie deportato q꜄ deportat⁹ perdit ciuilem libertatē ⁊ omnia que ſunt iuris ciuilis:vt.l.quidā.ff.de penis.ſꝫ excōicatus iſta nō perdit omnino,imo poteſt donare ſm̄ cōmunē opi.⁊ teſtari de bonis ſuis vt no.per glo.⁊ Jo.an.in.c.decernim⁹.de ſen.exc.lib.vj.⁊ vide ꝙ no.in.c.veritatis.ꝑ alle.⁊ vide plene per Ang.d̄ peru.in quadā ſua diſputatiōe q̄ incipit duo adinuicem litigantes.in prin.vbi cōcludit:ꝙ excōmunicati ſunt ſpecies hominū damnatorū per ſēta ꝙ ꝓprie non equiparātur relegatis ne deportatis.ſed in his ī quibus habet conformitatē cū relegatis cēſebitur iure relegatorū:in his N o in qb⁹ habet cōformitatē.eſt cū deportatis cenſebit͛ iure deportatorū:⁊ vide plene ibi de materia ꝑ Ang.⁊ per Bald.in.l.j.C.de here.inſtit.⁊vtrobiqꝫ plene de iſtis bannis ⁊ eorū effectu aliquid per Bar.in.l.amiſſione.
20 ff.de capi.dimi.¶ † In ea gl.ibi ſed pri⁹ dictū preualet.ſcꝫ ꝙ iſte ſit ſuſpenſus ab officio ex cā irrogante infamiā ſiue non ſemper erit ſupenſus quo ad omnes alios etiam extra territoriū ſuſpendētis.hanc opi.ſequitur Jo.an.reddēs rationem diuerſitatis inter hunc caſum ⁊.l.ex ea.allegatā in gl.pro contrario:q꜄ ſuſpēſio ab officio cōtingit propter ordinem,vnde ex quo ordo eſt ſuſpēſus nō poteſt alicubi miniſtrare diuina.ſꝫ in.l.ex ea.ibi ſit iterdictū vt nō poſſit qs poſtulare:nec tale iterdictū cōcernit cauſaꝫ cōcernētē alienum territoriū:nā ex peritia procedit poſtulatio que nō interdicitur in alieno territorio:⁊ eſt ille textus valde notabilis ad multa alia.⁊ diſpoſitio penalis cōcernēs exercitiū ꝑſone vel bona non extendit vires ſuas extra territoriū ius
21 dicentis.¶ † Not.gl.quatenus:dicit aliud eſſe in ſuſpēſo a beneficio vt poſſit alibi obtinere beneficiū.In hoc tamē articulo.d.Ant.diſtinguit ꝙ aut hec ſuſpenſio ſcilicet a bñficio fit ab homine aut a iure.Primo caſu ſi iudex intēdebat inhabilitare iſtū ad omnia bñficia ⁊ ſententia porrigit effectum ſuū etiā extra territoriū iudicis:licet executio debeat fieri per iudicē territorij,per ea que habētur in.c.poſtulaſti. ſ.de fo.cōpe.Si vero ſimpliciter intendebat ſuſpēdere a beneficijs que habebat in ſuo territorio tūc procedit gl.ar.in d.l.ex ea.⁊ in.c.fi.in fi.de cōſti.lib.vj.Secūdo caſu cū ſuſpenſio fert͛ a iure aut fit ex cauſa cōcernente certā eccleſiā ⁊ tūc ſuſpenſio operat͛ ſolū reſpectu beneficiorū eccleſie.hoc probatur in.c.cū in cunctis.in fi.de elec.iuncto.c.ſi cōpromiſſarius.e.ti.li.vj.Aut fit ſimpliciter ex cauſa generali.⁊ tūc hꝫ locū reſpectu omniū beneficiorū ⁊ hoc ſatis placet ⁊ ꝓbat͛ per rationes.d.c.ſi cōpromiſſarius.¶ In ea.gl.ibi:an iuſte vel iniuſte fuit excōicatus.¶ No.ſolutionē gl.ꝙ ſatis vera eſt.⁊ idē gl.in.c.clericus victū.xci.di.vide quod no.gl.i.cle.
22 vt hi qui.de eta.⁊ quali.¶ † Quid autē fiet de illis redditibus ſi iuſte fuit excōicat⁹ dic quod debēt cōuerti in vtilitatem eccleſie:nō autē dabunt͛ huic excōicato:licet ſit abſolutus,vt no.in iuribus ꝓeal.facit in fi.c.pſenti.de off.or.li.vj.
23 ¶ † Extra gloſſ.quero an quilibet iudex poſſit denuntiare iſtū excōicatū appellatione nō obſtante.Sol.Inn.hic cōcludit ꝙ ordinarius iſtius excōicati pōt etiā ſi nō fuit ipſe q ſentētiam tulit.ar.xj.q.iij.cure.⁊ in.c.j.de treu.⁊ pa.ſec⁹ dicit in delegato ſi appellatio ab eo interpoſita eſt a ſuperiore recepta.ar.in.c.paſtoralis.§.ꝑterea:de offi.dele.No.hoc dictū:ſꝫ hūc vltimū articulū expedias lati⁹ ⁊ clarius ſic.Aut ante denuntiationē fuit appellatū ab iſto delegato cui appellationi ipſe detulit ⁊ nō poterit eum denūtiare.tum qꝛ nō remāſit iudex per dilationē:vt in.c.cū appellationibus: eo.tit.lib.vj.tū q꜄ ſua nō intereſt vt iſte vitetur cū nō ſit iudex ſuus.Aut nō detulit appellationi ⁊ tūc aut fuit appellatio recepta a ſuperiore ⁊ nō pōt denūtiare:q꜄ ꝑ hāc receptionē reuocatur prorſus iuriſditio ab eo.vt in.d.§.ꝑterea. Aut nōdū fuit recepta:⁊ credo ꝙ poſſit:q꜄ ſua intereſt iſtū euitare vt citi⁹ reſipiſcat ⁊ ſibi obediat ⁊ vt mulcta ſua habeat effectū.ar.c.ad aures.ſ.e.vbi delegat⁹ ꝑfigit terminū appellāti ad appellationē proſequēdam vt citi⁹ reaſſumat iuriſditionē.Sed reſpectu ordinarij querit͛ quid ſi ante denuntiationē iudex ad quē precepit vt illū denuntiet:dicit Jnn.ꝙ ſibi eſt obtemperādū nec audiet͛ pars cōtraria appellās:q꜄ ſua nō intereſt cū ante exitū appellatiōis nō teneat͛ illi ſatiſfacere:niſi dicas ꝙ fuit excōicat⁹ ꝑ manifeſta offenſa:nā tūc ſua intereſt appellare:q꜄ in manifeſta offen-

ſa appellatio non tenuit.ſ.e.conſuluit.⁊.c.ad hoc.⁊.c.cum ſit romana.⁊ q: pendẽte q̃ſtione iuriſditiõis.ſ.q: dicit̃ appellationẽ nõ tenere non põt iudex ad quẽ ſe intromittere de principali qḋ placet.⁊ vide.ſ.eo.c.romana.lib.vj.

1 ☞ Iudex a quo fuit appellatum poteſt contumacem excommunicare non obſtante eius friuola appellatione.

2 Poſt appellationem reuocantur illa tantum que fuerunt innouata in preiudicium appellantis.

3 Archiepiſcopus poteſt ſe impedire in factis notorijs inter ſubditos ſuffraganei.

4 Appellationi renuntiatur ſi appellans poſtea comparuerit coram iudice a quo vel coram alio iudice ad quem non fuit appellatum qui eſt ſuperior iudice a quo niſi proteſtet̃ quod non intendit appellationi renuntiare:ſed quid ſi nõ fecerit hanc proteſtationem.vide nu.9.

5 Proteſtatio an ⁊ qñ tollatur per contrarium actum.8.

6 Archiepiſcopus non cognoſcit inter ſubditos ſuffraganei niſi per viam appellationis.

7 Iudex non poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſditio quando propter hoc poſſet iudicari ſuſpectus.

10 Appellationi an ⁊ quando cenſeatur quis renuntiare ex eo q̄ poſt illatum grauamen pars grauata aliquid fecit coram iudice puta producendo teſtes ⁊ ſimilia.

SOlicitudinem. ¶ Si excõicatus ab epiſcopo poſtq̃ appellauit ad papam hãc cãm defert ſimpliciter ad metropolitanũ:appellatiõi renũtiat ⁊ archiepſ cãm audiet. ſed ſi ꝓteſtet̃ ꝯtrariũ achiepſ nõ cognoſcet qḋ ſi fecerit nõ põt epſ appellare niſi notoriũ ſit excõicationẽ nõ tenere. Uel ſumma ſic. Si appellãs ad ſuperiorẽ cõparet corã iudice inferiori ſuper concernẽtibus ipſam appellationẽ ipſi appellatiõi renuntiare videtur. Si aũt ꝓteſtetur q̄ ꝑ hoc nõ intẽdit renũtiare appellatiõi tanq̃ cõtraria allegãs nõ eſt audiẽdus niſi notoriũ ſit actũ illũ eſſe iniuſtũ ſuper cuius emẽdatione adiuit inferiorẽ:⁊ eſt bonus caſus. Cõmunis diuiſio.ſcḋa ibi,nos igitur. ¶ Caſus literalis. Duo litigabãt corã epõ ſuo:alter eorũ appellauit ad ſe.apo.epſ appellantem reputans cõtumacẽ excõicauit eundẽ:ille corã metropolitano ſuo petijt ſibi iuſtitiã fieri de epõ q poſt appellationẽ legitimã excõicauit eundẽ ⁊ petijt ſe reſtitui in priſtinũ ſtatũ in quo fuerat tp̃e appellatiõis denuntiari videlicet abſolutũ proteſtans q̄ appellatiõi nõ renũtiabat:ſed proſequi volebat eundez. Primo loquit̃ vtrũ metropolitanus cognoſcere valeat de huiuſmodi queſtione ⁊ ſi archiepſ illũ appellaſſe legitime inuenerit. Iterũ querit̃ vtrũ ipſum denũtiare valeat abſolutum. Tertio queſitũ fuit vtrũ ſi epſ appellauerit ab archiepõ ne illũ abſoluat appellationi ſit hmõi deferendum Ad hoc rñdet papa q̄ ſicut metropolitanus nõ valet omnino cognoſcere de appellatione facta ad papam ita non põt cognoſcere de his q̃ poſt appellationẽ fuerũt innouata dũmõ nõ poſſit cognoſci de illis niſi de appellatione pariter cognoſcat̃ vel de his q̃ cauſam appellatiõis ꝯtingũt, ⁊ tũc ſi metropolitan⁹ vellet de his q̃ cauſam contingunt cognoſcere epſ poſſet appellare,⁊ ſic ſoluit̃ tertia queſtio, q: ad officiũ illius qui de appellatione cognoſcit pertinet corrigere q̃ poſt appellationem fuerunt innouata. Soluit poſtmodũ ſecundũ articulũ. Si ergo notoriũ eſſet q̄ mandatum epĩ fuit iniuſtum cui nõ tenebat̃ ſubditus obedire: ⁊ ita per conſequentiã appareat iſtũ iuſte appellaſſe:poteſt archiepſ autoritate metropolitani declarare ſubditũ irrationabiliter fuiſſe excõicatũ. Ultimo verã dat ſolutionem ad primã q̃ſtionẽ dicẽs. Cũ aũt excõicatus q appellauerit iuxta preſcriptam formam corã archiepõ cõtra epm̃ depoſuit queſtionẽ metropolitanus põt cognoſcere de hmõi q̃ſtione cũ ipſe per hoc tacite renuntiare appellationi videatur,ſed ſi verbo vel facto proteſtatur ſe velle proſequi appellationẽ tanq̃ aduerſa petẽs ⁊ ſibi cõtrarius nõ eſt audiendus. Bern.

1 ¶ † Not.j.iudicẽ a quo appellat̃ reſpectu grauaminis poſſe excõicare appellãtẽ tãq̃ cõtumacem ſi pretendit appellationẽ fuiſſe friuolã:rõ q: appellatio friuola nõ tuet̃ appellantẽ vt in.c.cũ appellationib⁹.e.ti.lib.vj.ergo põt reputari ꝯtumax ⁊ validitas excõicatiõis quo ad nos pẽdet ex futuro euẽtu.ꝑ hoc qḋ dixi in.c.prece.vide tex.in ſimili.in.c.ij.de dolo ⁊ contu.lib.vj. Et ex illo tex.etiã ⁊ ex nr̃o collige duas practicas ꝓcedẽdi cõtra appellantẽ ab interlocutoria fruſtratorie:nã põt iudex illũ cõtumacẽ mulctare vt hic. Itẽ põt adulteriora ꝓcedere ſi cauſa ſtatus patitur:vt in.d.c.ij. ¶ Secũdo principaliter not.q̄ quẽadmodum põt quis denuntiari excõicatus vt euitet̃.

a ſ.c.proxi.ita põt denũtiari abſolutus[a] nõ ligatus vt non euitet̃:⁊ hoc eſt bonũ remediũ quando quis iniuſte reputatur excõicat⁹ vel criminoſus vt denuntiet̃ ꝑ iudicẽ modo ꝓdicto. ¶ Tertio not.vnã bonã regulã hic q̄ inferior

b a iudice[b] ad quẽ eſt appellatũ nõ põt cognoſcere nec de appellatiõe nec de innouatis poſt appellationẽ ſi cõtigunt articulũ appellatiõis etiã ad petitionẽ appellãtis niſi velit renuntiare appellatiõi ſue:vel niſi attentatũ notorie ſit iniuſtũ ar.in.c.cũ teneamur.ſ.eo.⁊ ſic põt intelligi ver.iſte

2 ſi vero. ¶ † No.ibi corrigere q̃ cõtra ipſam ⁊c.qḋ non oia innouata poſt appellationẽ ſunt reuocanda per iudicẽ ad quẽ ſed dũtaxat ea q̃ cõcernũt ꝓiudiciũ ipſius appellantis.

3 ¶ † Not.in ver.ſi vero notoriũ q̄ in facto notorio archiepſ põt ſe impedire inter ſubditos ſui ſuffraganei: vide bo.tex.in.c.romana.§.notoria.de cenſi.lib.vj.

4 ¶ † Ult. no.vnã regulã ſatis bonã ⁊ notandã q̄ ſicut renuntiat̃ ap-

c pellatiõi[c] ꝑ cõparitionẽ corã iudice a quo:vt in.c.gratũ,ð offic.dele.ita ꝑ cõparitionẽ corã alio iudice ad quẽ nõ fuit appellatũ qui eſt ſuperior iudice a quo niſi ꝯtrariũ proteſtatur. ¶ Ulti.no.vnã bonã limitationẽ ad aliud vulgatũ proteſtatio tollit̃ per cõtrariũ factũ. Id em̃ procedit quando cõtrariũ factũ explicat̃ ita qḋ nõ eſt qui a principio repellat proteſtantẽ ſi aũt vult aliquid attẽtare contrariũ ꝑ teſtationi dz ſuperior illũ nõ admittere tanq̃ ſibi contra-

d rium. Et no.ex hoc ⁊ ex tex.qḋ allegãs[d] cõtraria nõ eſt au-

5 diẽdus.l.vbi repugnãtia.ff.de regu.iur. ¶ † Sz cõtra predicta ⁊ contra tex.op.videt̃ em̃ q̄ ſi iſte appellãs renuntiaret appellationi nõ per hoc poſſet archiepſ cognoſcere cũ hic eſſet contentio inter ſubditos ſuffraganei inter quos citra remedium appellatiõis nõ põt archiepſ regulariter aliquid diffinire:vt in.c.paſtoralis.de offi.ordi. Nec obſt.ſi dicatur q̄ hic ſolũ petebat̃ vt ꝓnuntiaret excõicationem nõ tenere:q: etiã hoc non poteſt facere ex quo fuit lata ab epõ agẽte:⁊ ꝓbat̃ in.c.venerabilib⁹.poſt princ.de ſen.excõ. li.vj. Solu.contrariũ eſt difficile ſed põt dici q̄ deferendo hãc cãm ſimpliciter ad archiepm̃ videt̃ renũtiare appellationi interiecte ad papã ⁊ eã deferre ad archiepiſcopatum ita quod archiepſ cognoſceret ꝑ viã appellationis ⁊ non ꝑ viã q̃rele:⁊ ſic res valeat melioꝝ mõ quo valere ⁊c.argu. ſ.e.ex inſinuatiõe.⁊ no.hoc dictũ. ¶ In glo.j. Et ꝑ intellectu gl.op.nã videt̃ iſta litera diuerſa ⁊ ſibi ꝯtraria:nã cum fuiſſet q̃ſitũ vtrũ archiepſ poſſet denũtiare iſtũ appellantem non ligatũ papa vario modo rñdet. Primo dicit q̄ metropolitan⁹ non poteſt cognoſcere de appellatione interpoſita ad papã. Secũdo dicit q̄ epſ excõicator poteſt appellare. Tertio in verſi.ſi vero.dicit q̄ metropolitanus põt denuntiare illũ nõ ligatũ:⁊ aliud videt̃ dicere in verſi. cũ aũt. Solu.metu contrarij gloſſator intellexit q̄ hic fuerũt tres q̃ones. Prima q̃ſtio vtrũ archiepſ poſſit cognoſcere de appellatione interpoſita ad papam. Scḋa q̃ſtio vtrũ archiepſ poſſit ſaltẽ denuntiare appellãtẽ nõ ligatũ hoc voluit glo.in verſ.notoriũ. Tertia queſtio vtrũ epſ excõmunicator poſſit appellare ſi metropolitanus de appellatione interpoſita ad papã vult cognoſcere:⁊ hoc voluit gl.in verbo in quo. Ultimo in ver.eſt aũt.papa reduxit oia in vnũ ⁊ dicit qḋ iuris:⁊ hoc voluit glo.in ver.cum aũt.ita qḋ iſte quatuor gl.ſunt ſimul expediende. Anto.dicit q̄ due fuerũt q̃ones. Ego puto q̄ tm̃ vna fuit cõſultatio vt clare colligit̃ ex prin.c.vez vtrũ archiepſ poſſit denuntiare iſtũ excõicatũ poſt appellationẽ nõ eſſe ligatũ. Sed ad euidentiã ſolutionis papa permittit oia q̃ ſunt in tex.⁊ ſic plana eſt litera. ¶ In gl.ij.in ſi.hoc contrarium non venit cõtra precedẽtia ſed contra tex.nam quẽadmodũ appellatione nõ obſtante potuit in.c.precedẽti ꝓnuntiare ſuperior illũ ligatũ ita debet hoc poſſe facere hic appellatione non obſtante maxime cũ ageret̃ hic de re magis fauorabili ſcz vt denũtietur hic non ligatus. Gl.non ſoluit ſz vera ſolu. eſt qḋ hic nõ poterit archiepſ decernere de validitate vel inualiditate vinculi niſi pariter cognouiſſet de iuſtitia appellatiõis interpoſite ad papã. Uñ cũ nõ poſſet ꝓncipale nec acceſſoriũ.in.c.ꝓcedẽti:ex ſimplici denũtiatiõe non cognoſcebat de iuſtitia appellationis cauſe ſed tm̃ faciebat actũ cõſecutiuũ ad excõicationẽ iam latã nihil de nouo attẽtando.

6 ¶ † In glo.in verbo epſ poſſe ibi:q: ſi appellatio eſt aliqua ⁊c.glo.nõ ſoluit formaliter contrariũ. Io.and.melius ſoluit dicẽs q̄ lz excipiat cauſe cognitionem ſpectare ad ſuperiorẽ ad quem fuit appellatũ nõ tamen fatetur per hoc appellationẽ legitimam eſſe. Item et ſecũdo epſ erat hic re⁹ merito auditur cõtraria allegans vt no.in regula nullus pluribus.de reg.iur.li.vj.prima ſolu.

+Sebaſti.Sapia.

a ¶ Abſolut⁹. vide q̃ ſcribit Ale.in.l.ſi finita.§.elegãter.ff.de dã.infec. Ro.in conſi.ccccxij.in.c.ꝑ habenda iuſtitia.

b ¶ Circa hoc nouiḋ hic.d.Phi.de peru.etiaz in iij.nota.

c ¶ Hãc regulã:q̄ appellãs adeundo iudicẽ a quo cẽſet̃ renuntiare appellatiõi limita ſex no.modis quos vide hic late ꝑ do.Phil.de peru.

+Sebaſti.Sapia.

c ¶ Appellatiõi.vide late ꝑ Feli.in.c.cũ.M.ferrarieñ.col.xxv.ver.ſcias tñ vnum.ſ.de cõſtit.⁊ Mo.in.l.nõ ſolum.§.morte.ff.de oper.no.nuntia.

d ¶ Allegãs contraria nõ eſt audiendus concordat.l.j.C.de furt.⁊ ibi per doc.

Zacharias.
a ¶ An ſua ſit iu-
riſditio.Addō nō
minus abūde q̄
eleganter Ant.
corſet.ſing.ſuo:i
verſi.cxlix.i verſi.
iuriſditio.⁊ ibi
an ⁊ qñ cogno-
ſcat iudex:an ſua
ſit iuriſditio.
b ¶ Et tūc dr̄ mā-
datū epi ꝯtinere
notoriā iniuſtitiā
qñ nō poſſet im-
pleri abſq̄ pctō
vel p̄iculo pſone
aut qñ mādaret
aliqd qd notorie
nō ptinet ad ei⁹
offm̄:d q̄ in.c.ad
aures.ē.de tēpo.
or.⁊ ibi no.quib⁹
mādatis ſit obe-
diēdū ⁊ qb⁹ nō.
c ¶ Et idē tȝ do.
An.⁊ Jmol.hic
p̄ȝ do.Phi.d pe
ru.hic in vlti col.
dicit hūc tex.p-
bare ꝯtriū ſm in-
tellectū Jo.and.
veriorē,ſcȝ q̄ p-
teſtatio hec non
reijciat̄ niſi iudex
appellet vñ ſi nō
repellit̄ pteſta-
tio iuuat pteſtā-
tem:licet ſit con-
traria facto:⁊ q̄
hic tex p̄cedit in
iudicialibus hoc
ſingulariter pro
bās qd vȝ prote-
ſtatio ꝯtraria fa
cto ⁊ iuuat pte-
ſtātem quouſq̄
reijciatur alle.p
hac parte.not.p
Jo.and.in.c.fi.e.
titu.lib.vj.multa
alia vt hic p̄euȝ.
d ¶ Et adde q̄ ad
dit hic do.Phi.
de pu.in pe.colū.
Sebaſti.Sapia.
e ¶ Inflictum gra
uamē.Quādo tē
pus decē dierum
qui dātur ad ap
pellandū nō cur
rat tāgit late Fe.
in.c.quod ad cō-
ſultationem col.
xv.ver.poſtremo
cir.curſum.ē.de
re iudi.

plus placet.¶†Et in fi.gl.hec glo.iudicio meo nō reddit
ſufficientē rōnē diuerſitatis:nā idē eſt cū excipit̄ corā iu-
dice ſtāte veritate exceptiōis:puta ſi dico q̄ nō cōtradi-
xi in territorio tuo:nā veritate p̄ſuppoſita tu nō es iudex
meus tñ in dubio potes de hoc cognoſcere.Jo.and.dr̄ q̄
ſi iudex a quo cognoſceret nullū eſſet officiū iudicis ad
quē:⁊ hoc quaſi in effectu voluit.do.Ant.dicēs iudicē poſ
a ſe cognoſcere an ſua ſit iuriſditio niſi ius trāſferat iuriſ-
ditionē cognoſcēdi in aliū ſicut facit in cā appellationis.
Sȝ iſte ſolutiōes nō ſatiſfaciūt q̄ſito ſȝ repetūt ipſum:
quare de hoc cōquerim⁹ quare ius trāſtulit illā p̄tātē co
gnoſcēdi in aliū.⁊ ſic nō fecit in alijs caſibus in quib⁹ du-
bitatur de iuriſditiōe:ego puto hāc eſſe verā ſolutionem
ſcȝ q̄ in cā appellationis agit̄ de iniquitate iudicis coer-
cēda vel imperitia emēdāda vt in.c.interpoſita.§.e.⁊ in.l.
j.ff.de app.vñ ſuſpect⁹ eſt iudex in cognoſcēdo q̄ nūq̄ iu
dicaret ſe iniquū vel imperitū merito tāq̄ ſuſpect⁹ repel
litur a p̄tāte cognoſcēdi.facit.iij.q.v.q̄ ſuſpecti.⁊ gl.no.
in.c.ſtatutū.in prin.de reſcri.li.vj.q̄ ſingulariter dicit qd ſi
iudex aſſumit defenſionē ⁊ diſputationē cū parte ſuper iu-
riſditiōe ſua reddit ſe ſupectū.ar.in.l.qui oīa.ff.de procur.⁊
ſic non poterit cognoſcere an ſua iuriſditio ſit,intelligo glo.
illā:qñ iudex audit cauſam inter partes q̄ tūc debet dimit-
tere diſputationē partib⁹ ⁊ dȝ iudicare an ſua ſit iuriſditio.
no.bene hanc practicam.Sed ſi iudex p̄cederet per inqui-
ſitionē tūc poſſet dubitari vtrū poſſet cognoſcere an ſua ſit
iuriſditio cū tūc ſit loco partis ⁊ iudicis:⁊ credo qd poſſit
ex quo non agitur de aliquo eius cōmodo,neq̄ poteſt dici
ſuſpectus ſi defendat iuriſditionē ſuā:cū ad hoc teneat̄ ex
quo tȝ locū partis,lȝ aliud teneat.d.Ant.ſub dubio tamen
forte.in.c.ſup literis.de reſcrip.ſed qd dixi verius puto.Et
ad p̄dicta contra illā opinionem quam videtur tenere do.
Ant.iudicio meo videt̄ iuncta gl.quā ſemper tenebis mēti
in.c.cū perſone.de priui.lib.vj:vbi epūs p̄cedebat ex officio
ſuo ⁊ parte negante aſſerebat ſe iudicē ⁊ nihilominꝰ cogno
ſcit an ſua ſit iuriſditio vt ibi gl.hoc apertiſſime tenet ſequē
do intellectū ſuū ⁊ de intellectu illius.c.vt dixi in.c.ad au-
dientiam.ē.eo.Jn glo.in verbo declarare.ibi.ſed nō credo.
b Adduerte q̄ hec gl.vr̄ cōtra tex.nā ſi in caſu notorij ᵇ archi-
epūs poteſt pronuntiare ſubditū irrationabiliter fuiſſe ex-
cōicatū:⁊ per cōſequēs p̄nuntiat ſententiam epī iniuſtam
fuiſſe ⁊ appellationē fuiſſe legitimā.Et ideo dicit Hoſtien.
⁊ bene quod dictū gl.p̄cedit vbi factū nō eſſet notorium ſȝ
data notorietate pōt fieri hec denuntiatio:non enim p hoc
preiudicatur appellationi:q̄ non pronūtiauit vt cognitor,
ſed extra iudiciū tanq̄ ſimplex denuntiator ⁊ ſic non obſt.
contrariū gl.¶ Jn glo.ſi.ibi.ſ.de reg.ſed glo.non ſoluit nec
hoc contrariū nec ſequētia:ſed tu vide bo.gl.in regula nul-
lus pluribus.de reg.iur.libr.vj.⁊ in.c.diſciplina.xlv.diſt.vbi
8 no.an ⁊ qñ qs poſſit p̄ponere cōtraria.¶†Jn ea.gloſ.ibi
facta eſt litis cōteſtatio ⁊c.hoc idē argumētum Vinc.Hoſ.
⁊ Phil.ſed vt dicit Jo.and.⁊ bñ:potius litera probat con-
trarium.Nūc ſi hic nō interceſſiſſet proteſtatio fuiſſet renū-
tiatum appellationi,ſed proteſtatio eā ſaluabit:⁊ ſic valuit
c hic p̄teſtatio cōtraria facto.Sȝ tu dic ᶜ vt dixi.ē.in notabi-
libus q̄ vbi factū contra p̄teſtationē explicatur tunc tol-
litur p̄teſtatio p contrariū factū:ſecus ſi factū contrarium
a principio nō admittit̄ q̄ tūc ex ſolo attētatu non tollitur
proteſtatio:⁊ ſuperior ab initio nō debet repellere volentē
agere actū contrariū proteſtationi ſue:vt hic eſt caſus not.
in fin.licet alij aliter intelligant ⁊ minus bene.De materia
p̄teſtationis vide plene per doc.in.c.cū.M.de conſti.⁊ per
Jo.mo.cuius dicta refert Joā.an.in regula in generali.de
reg.iur.lib.vj.in mercu.⁊ aliquid in.c.cumana.de elec.p bar.
in.l.nō ſolū.§.morte.ff.de no.ope.nū.de queſtiōe glo.an ſit
d facta litis conteſtatio dic vt plene ᵈ dixi in.c.vnico.de li.cō-
9 teſt.⁊ in.c.cū.M.de cōſti.¶†Extra glo.q̄ritur vtrum per
cōparitionem corā archiepō ceſſante proteſtatione renun-
tiet iſte appellationi etiā reſpectu aduerſarij.Jnno.hic q̄
nō:ſed tm̄ reſpectu iudicis:ex quo principaliter non dedu-
cebat cām appellatiōis coram iſto archiepō.pro hoc facit
ſecūdum Hoſt.q̄ cū pſone ſint diuerſe:renuntiatio quo ad
vnā pſonā nō operat̄ quo ad aliā.arg.in.l.ſi vnus.§.añ oia.
ff.de pac.⁊.l.cū querit̄.cum duabus.ſeq.ff.de except.rei iu.
Sed ipſe Hoſt.tenet cōtrariū vt p̄pter cōnexitatē videat̄
renūtiaſſe appellatiōi etiā quo ad aduerſariū.d.ant.nitit̄
ſaluare dictū Jnno.quia articulus attētati eſt ſeparabilis
a cauſa principali.Sed ego puto dictū Hoſt.eſſe verius.
moueor q̄ vnica fuit hic appellatio:⁊ potius cōcernebat
partē q̄ iudicē ex q̄ litigiū erat inter partes nec videt̄ iu-

dex appellare ſed pars aduerſa:ideo iudex neceſſario nō
citatur in cā appellationis vt eſt text.in.c. venerabilibus.
poſt prin.de ſen.excō.li.vj.vñ cū tex.hic in fi.dicat:qd̄ videt̄
appellationi renuntiare dȝ intelligi de appellatione etiam
reſpectu partis.Jtem ſi articulus attentati eſſet hic ſepara
bilis ab appellatione cōtra partē nō p̄poſuiſſet iſte contra
ria ſi fuiſſet hic auditus vt hec p̄teſtatio operaret̄ reſpectu
partis,petitio ro quā faciebat reſpectu iudicis.ad hoc tex.
no.in.c.venerabilib⁹.§.ſȝ ſi excōicat⁹.poſt princ.de ſen.exc.
li.vj.ſed hoc eſt falſum vt patet in fine litere.Jtem hoc ex-
preſſe colligit̄ in ver.nos igit̄.vbi dicit tex.q̄ ſicut inferior
nō pōt cognoſcere de appellatione interpoſita ad papam
10 ita nec de innouatis poſt appellationē.¶†Ulterius ad-
uerte ad vnū ſingulare dictū q̄ ponit Jnn.dicēs q̄ ſi poſt
e iudiciū grauamē ᵉ pars grauata aliqd agat coram iudice
puta p̄ducēdo teſtes pōt nihilomin⁹ intra decēdiū a tpe il
lati grauaminis appellare q̄ ius dat grauato decendium
vt intra illud tp̄s deliberare valeat vtrū ſibi expediat ap-
pellare:ideo ea q̄ agit medio tpe cū iudice nō p̄iudicabant
appellatiōi interponēde:ſȝ tu vide gl.Jo.an.in.c.ſi.e.titu.
lib.vj.do.de Ro.deci.q̄.alle.cclxxxviij.Conclude ſic quod
pars grauata ſponte actū facit corā iudice ⁊ videt̄ renūtia
re facultati appellādi.ar.eorū q̄ habētur in.c.inſinuāte.de
offi.dele.maxime qñ id qd facit eſt executiuū grauaminis
p̄cedētis,vt in.l.ad ſolutionē.C.de re iudi.⁊ in.c.qd ad cō-
ſultationē.e.ti.Aut ſpōte nō egit ſȝ iudex p̄fixit ſibi termi-
num ad certū qd faciēdū,tūc lȝ illud faciat nō per hoc re-
nūtiat facultati appellādi rōne grauaminis p̄teriti.q̄ ex
quo nō appellauit tenet̄ interim parere iudici nō tñ dȝ fa-
cere actū executiuū grauaminis p̄teriti.vt in.d.c.qd ad cō
ſultationem,pro vtroq̄ mēbro diſtinctionis facit.c.ab ar-
bitris.de offi.deleg.lib.vj.vbi ſubuenitur ei qui neceſſita-
te ductus aliqd facit.Et vide ad hunc articulū quod ple-
ne dixi in.c.quod ad conſultationem.ē.titu.proxi.

1 ☞ Per appellationem legitime interpoſitam tota cauſa
deuoluitur ad iudicem ad quem.
2 Clericus poteſt donec ſatiſfecerit de delicto teneri in vin-
culis per ſuum ſuperiorem:⁊ ſi opus eſt poteſt torqueri.
3 Prelatus inferior citra epiſcopum poteſt habere iuriſdi-
tionem in clericos etiam proprio epiſcopo excluſo.
4 Subditus ab alio iniuſte detentus pōt a domino repeti.
Creditor nō poteſt repetere debitorē ſuū ab alio detētum.
5 Dominus an poſſit agere pro iniuria furto vel turbatio-
ne illatis ſubditis vel collonis vide remiſſiue.
6 Appellare non poteſt vnus pro alio in ciuilibus regulari
ter niſi eius interſit.
7 Appellans ⁊ appellatus ſi habēt iudices diuerſos ſupe-
riores ad quem appellabitur.9.tam in appellatiōe extra
iudiciali q̄ iudiciali.
8 Archiepiſcopus efficit̄ iudex ſubditorū ſuffraganei p ap-
pellationē ſcȝ qñ appellatur ab ipſo epō:nō autem ab alio.
10 Excōicatus nō deſinit eſſe excōicat⁹ niſi fuerit abſolutus.
11 Appellatus ſi nō detulerit appellatiōi aduerſarij:⁊ ipſe in
alio articulo licet in eadē cauſa appellauerit talis appel-
latio defendit appellantem etiam reſpectu aduerſarij.
12 Judex a quo ſi ſemel detulit appellationi nō pōt vlterius
cām reaſſumere in ſe q̄ iuriſditio eſt tranſfuſa in ſuperiorē.
13 Attentata contra appellationem legitime interpoſitā re-
uocantur ante omnia non ſolum ſi fuerit appellatū a iu-
dice:ſed etiam ab aduerſario extraiudicialiter.14.
15 Excommunicatus iniuſte non eſt vitandus.
16 Sola denūtiatio excōicatiōis nō p̄bat quē eē excōicatū.
Interdici pōt citans p p̄latū inferiorē epō ex ꝯſuetudine.
Ea q̄ ſunt meri imperij:⁊ ſupreme poteſtatis poſſint pre-
ſcribi per inferiorem.
18 Inter ceſſationē a diuinis ⁊ ſniaȝ interdicti magna ē dr̄ia.
Jrregularitatē incurrit ſacerdos etiā forenſis ſi celebrat in
loco interdicto.
19 Jrregularitatem non incurrit ille qui celebrat in ciuitate
vbi ceſſatur a diuinis.
20 Jrregularitatem nunq̄ quis incurrit niſi in caſibus a iure
expreſſis.
21 Jlla que conſiſtunt in facto non ſuſpenduntur per appel
lationem ſed opus eſt contrario facto.
22 Sententia interdicti poteſt ſuſpendi ab ipſo interdicēte.
23 Sententia excōicationis nō ſuſpendit̄ niſi p ſolū papam.
Excōicatio nō plus ligat q̄ ipm peccatū p̄pter qd fulmi-
natur quo ad eccleſiā triumphantem.ſed militantem ſic.
24 Appellatio minus legitima non ſuſpendit iuriſditionem
iudicis:niſi ei detulerit.

Dilectis

1 Dilectis. †Per appellatio-
ne legitime inter-
positam principale cū accessorijs ad
iudicem appellationis defertur z sen
tetie excoicationis z interdicti post appellatio-
ne late no tenet. h. d. Primo ponit partis narra
tio. Scdo diffinitio ibi: qz vero. ¶Casus litera-
lis. Episcopus altissiodorensis quedā psbyterū
dom⁹ dei in qua dispēsationē plenariā obtinere
dignoscitur detineri faciebat in vinculis pro eo
q bona quedā ipsius ecclesie que furtive subtra
xerat restituere denegabat: propter quod etiam
fuerat ab eodē epo excōicationis vinculo innoda
tus. Decanus altissiodorēsis dicēs ecclesiā ipam
z dictū presbyterū ad suā iurisditionē spectare
monuit epm vt ei dictū psbyterū restitueret. epi
scopus timēs ne decanus aliquid in sui preiudi
ciū attētaret ad metropolitanā sedem appella-
uit. Sed decanus appellationi nō deferens pro
tulit interdictum: vt epo in ciuitate presente a di
uinis in ecclesia altissiodorēn cessaret. Post hoc
in termino appellationi prefixo partes cōparue
runt in presentia officialis archiepiscopi senonē.
decanus allegauit qd appellationi epi ideo no du
xerat deferendū: qz presbyter adhuc in vinculis
tenebat ad se. apo. appellauit. officialis nō ob-
stante appellatione irritū nūciauit interdictum
post appellationē episcopi a decano pmulgatū.
Post hoc qz decanus impediebat diuinū offm
in ecclesia celebrari, eps ipsum excōicauit et per
archiepiscopū suū fecit excōicatū nūtiari sz ca-
nonici senon. decanū nō vitabant. Sup his orta
questiōe inter episcopū z decanum pcuratores
vtriusq partis ad se. apo. accesserunt hec z alia
corā do. pa. proposita fuerūt. Papa examinato
negotio intellexit q eps diuersos modos expsi-
sit sm quos paratus fuit iustitiam exhibere de-
cano super captione presbyteri appellans ad
metropolitanū decanus postea non potuit fer-
re sententiā interdicti: z ideo Papa sentētiā il-
lā decernit irritā z inanē post appellatonē legi
time promulgatā eo nō obstāte q decan⁹ ad ex-
cusationē suā quasi variādo pposuit qd anteq
eps appellasset tulit sentētiā interdicti cuius ef
fectū ad tps duxerat suspendendū: cū interim si
hoc verū fuisset appellatione interposita pcede
re nō debuit ad sniam exequendā: pcessum offi-
cialis pnūtiauit temerariū qui post appellatio-
nē a decano interpositā decreuit sentētiā inter-
dicti irritā z inanē: qz ap. ad sed. apo. interposita
nihil debuit innouari. Preterea licet sententia
excōicationis epi pmulgata in decanū prima fa-
cie videbat recte lata cū per officialē prohibitū
esset ne seruaret in ecclesia interdictū: z decanus
diuinū officiū impediebat scilicet phibendo ne
celebraret in ecclesia: tamē qz per appellationez
a decano interpositā ad papā cui officialis du-
xerat deferēdū apostolos cōcedēdo: nō solū pn
cipale negotiū sed etiā accessoria deferebant ad
sed. apo. sniam epi latā post appellationē decer-
nit papa irritā z inanē. In fine licet archieps de
canū denūtiauerat euitandū tn canonicos seno
nen. qui saniori ducti cōsilio cōmunicauerūt eidē
inculpabiles iudicauit: qui potius voluerunt de
ferre appellationi facte ad papā q denuntiatio
2 ni facte ab archiepo. Ber. ¶†No. j. clericū pos-
se detineri in vinculis per superiorē suum donec
satisfaciat de delicto licet actū sit ciuiliter: z etiā
a si opus esset[a] posset ob hanc causam torqueri[b] z
b vtrūq pbatur in. c. j. de depo. facit. c. si clericos. j.
de sen. excom. lib. vj. Quid aūt si ageret ciuiliter
nūquid pro debito possit detineri. no. in. c. ij. j. de
3 pign. z ibi dicā. ¶Not. ij. q platus inferior citra
epm pōt de iure speciali habere iurisditionē etiā
in criminalibus in clericos diocesis etiā epo ex-
cluso ita vt nō sit locus preuētioni. Pro hoc fa-
cit. c. irrefragabili. §. excessus. s. de offi. ordi. nam
eps hic puenerat istū decanū in captura psbyte-
ri: z nihilominus decanus illū repetebat tanq
spectātē ad iurisditionē suā an hoc possit induci
respectu certe partis diocesis vt excluso epo ha-
beat inferior iurisditionē plenariā: est qstio no-
tabilis z plene eā tāgo in. c. cū cōtingat. de fo. cō
pe. vbi vide: z vide Jo. an. in. c. si eps. de offi. ord.
4 lib. vj. in nouella. ¶†Tertio no. z tene menti q
iudex ecclesiasticus pōt repetere subditū suū ab
alio iniuste detentū interest eñi sua ne violet ei⁹
iurisditio vt possit subdit⁹ sibi z ecclesie sue de-
bita seruitia impēdere: sic z ptās repetit subdi-
tum suum vt possit munera personalia subire. l.
de iure. ff. ad muni. z vide tex. cū gl. in. l. j. §. p hāc.
ff. de rei ven. sic domin⁹ repetit ascriptitiū suum
vt in. c. ij. j. de iude. creditor vero non pōt repete-
re debitorē suū ab alio detentū sm Inno. z bene
qz creditor nō habet ius in psonā debitoris. sec⁹
in superiorib⁹ dicendū est: de quo vide gl. op. in
c. autoritate. de priui. li. vj. z quedā pulchra tan-
gunt hic p In. gl. tn in. d. c. autoritate posuit cō-
5 clusiue dicta Inn. hic ideo illa omitto. ¶†Tra
ctat eñi an dñs possit agere pro iniuria vel fur-
to facto subditis vel colonis: z qd si turbat z an
possit intētare alias actiōes eis competentes: z
vide de hoc Joā. an. z Archi. in. c. ad apostolice.
de re iudi. lib. vj. p Arch. ij. q. j. in primis. vide bo.
tex. in. c. lz. maxime in fi. de proba. z Guil. z 3c3e.
in cle. si dñm. de reli. z vener. san. z do. de Ro. de-
ci. ccclxxxv. z vident pdicti cōmuniter cōfirmare
6 dicta Inn. hic. ¶†No. iiij. dictū satis notandū
superiorē posse appellare nedū p se sed etiam p
subditis suis: vt patet ibi: se ac suos zc. quod p-
cedit sm Inn. quādo superior pōt pretēdere ali-
quod interesse respectu subditorū: intererat eñi
hic epi interdictū nō poni etiā respectu subdito
rum: qz curare debet vt populus nō patiat defe
ctum in diuinis z vt corroboretur in fide: ne san-
guis subditorū de suis manib⁹ requiratur. s. de
offi. or. irrefragabili. z in. c. inter cetera. x. q. j. legē
da. alias regulariter non appellat quis pro alio
in ciuilibus. Nā regula in appellatione est vt nō
audiatur is cuius nō interest. ij. q. vj. nō solēt. z in
7 c. cū inter. R. s. de elec. ¶Quinto no. aliud pul-
chrum z singulare dictū nec memini q alibi p-
betur z solet ad hoc adduci iste tex. videlicet qd
si appellās extra iudiciū z appellat⁹ habent di-
uersos iudices pōt appellās se subijcere ptectio
ni sui iudicis z ad illū appellare z talis appella
tio trahit ipsum appellātē vt hic. Hic eñi eps
habebat archiepm iudicē ordinariū: sz archieps
non erat iudex decani: qz metropolitanus non
est iudex subditorū sui suffraganei, sz si eps vult
conuenire subditū sunt assumendi arbitri. xj. qd.
8 j. si clericus. no. in. d. c. irrefragabili. ¶†Et si di-
ceres per appellationē archiepiscopus efficitur
iudex subditorū episcopi. vt in. d. c. pastoralis, di
co illud pcedere qñ appellatur ab ipso epo: qz
tunc archiepiscopus tanq superior habet cor-
rigere factum epi: sed hic nō appellat ab epo: sz
ipse eps appellabat subditū suū ad archiepm, z
appellatio extraiudicialis est quedam prouoca
9 tio seu conuentio: vt in. c. cum sit. s. e. ¶†Op. cō
tra tex. z no. hic collecta de. c. si clericos. de sentē.
excō. lib. vj. videtur eñi q nō potuit eps appella
re decanū ad archiepiscopum ratione predicta.
Sol. cōtrarium est difficile. sed potest sic respon
deri qd aut eps vel alius appellans extra iudi-
cium vult trahere appellatū ad iudicē propriū
appellantis vt faciat iustitiam de appellato et
non potest: sed debet tunc appellare ad iudicem
appellati cum sit quedā conuentio, vt supra di-
xi. z debet actor sequi forū rei. de fo. cōpe. cum sit
z hoc casu habet locū cōtrariū. Aut appellans
appellat ne turbet in iure suo, ita qd in veritate
est reus. z tūc potest se submittere protectiōi sui
iudicis, z ad eū appellare extra iudicium, vt hic
est casus valde notabilis. Ratio est qz cū sit re⁹
originaliter z re ipsa potest illam causam dedu-
cere ad iudicē suum sicut facit reus qñ vult con-
uenire actorem super exceptione sibi competēti.
Nā trahit actorē ad iudicem suum vt potius in
spiciatur natura cause q actus puocationis ad

Sebasti. Sapia.

a ¶Si opus eet. Qñ cleric⁹ possit torqri tradit Abb. in. c. cuz in qōne. j. de re. iur. Jo. de ana. in. c. j. col. v. de cler. percusso. And. si. in c. si cōstiterit. co. iij. j. de acc. Feli. in. c. veniēs. co. ij. de test. z in. c. vniuersitatis. j. d sen. excō. Marsi. bononi. in singu. lv. in c. aduertas ad vnuz. Alex. in. l. multis. in apost. ff. de questio.

b ¶Idē no. Bal. z. d. Phi. de pu. hic in primo no. z ex h z ex text. no. q si aliqs sit in carcere: tn pōt cōtra eū pcedi z excōicari p q. l. ij. ff. ex q. caus. mai. vbi est gl. fin. qd ille q detinet in carcere pōt tn citari ad domū solite habitatiōis: z valet pcessus cōtra eū sz bal. ibi z h. lz sibi subueniat z restituat cū parere nō potuit vt ibi dr non tn dimittit reus a carcere pēdēte app. tex. est hic scdm Bal. z ad intelligentiā pdictorū vide Bar. z Angel. in. l. j. ff. de in ius vo. z facit sz d. Phi. de peru. hic in. j. co. qz carcerat⁹ nō liberat a debito z pōt cōtra eū pcedi p alia iuris remedia et eius bona capi. z vēdi. z p Bar. in l. cōsentaneū. C. quo z qñ iud. co. vl. z p Bar. in. l. q legati. C. vt i posses. leg. quo ergo posset expediri pcessus cōtra carceratū si citatio de eo fctā foret nulla vt hic lati⁹ p ipm d. Phi. hoc vltimū diligēter nota ad practicā qd si pars intētauerit vnū remediū executiuum pōt adhuc aliud z aliud intētaret donec actualiter satisfiat: ita voluit bar. z bal. vbi s. z bal. z. d. phil. hic z bal. in aut. q supplicatio. C. de pci. imp. offe. z in. l. si. §. sz si cuz feio. ff. si cer. pet. z in. l. ignorare. i fi. C. de re mil. z. l. j. in vl. co. post gl. ibi. C. de phi. seq. z ibidē dicit q cōtra cōtumaces pt qs vti missiōe i possessionē: z seqstratione rerū z alijs remedijs simul donec satisfiat z idē tz Ang. in. l. nemo carcerē: in pn. C. de exac. tri. li. x. z no. an. in. l. q restituere. ff. de rei vend.

Anto. Francisc.

¶An carcerat⁹ possit citari. Dicas qd qñ citat dz esse cautus vt mittat nūtiū ad iudicē q nuntiet iudici carcerationē suā qz tūc processus postea factus erit nullus. vt p Pau. de ca. post bar. i. l. ij. §. ij. ff. si qs cau. z ibi ēt p Ale. in vlti. co. in versi. qd de carcerato. z vide bar. in. l. is q re⁹. in vl. co. ff. de pu. iudi. z vide alex. in. l. ij. l. ij. col. vbi alle. mltas cōcordātias. ff. d i ius vo. z vid ēt pau. de cas. in. l. qñtū, in. ij. col. ff. de re iudi. z de hoc an possit citari ad domū solite habitatiōis z valeat pcessus cōtra euz sic citatū. vid gl. z bal. i. l. ij. C. ex q. cau. ma. vbi dicit qd si citet ad carcerē nō arctat venire: tn valet pcessus sm eū factus cōtra ipm carceratū lz cōcedat sibi restitutio z id bona est cautela de q supra dixi: z an carcerat⁹ citatus vt psonaliter cōpareat possit mittere pcuratorē. dicas qd sic si pōt eū facile recipere. vide Bart. in. d. l. is q reus. z Pau. de cas. in. l. ij. ff. de in ius vo. z Alex. in. d. l. qsitum. ff. de re iud. z in. l. q i carcerē. ff. qd me. cau.

iudiciū:vt plene dico in.c.ſi quis cōtra clericum.
de fo.cōpe.allegādo p hoc vltimo multas con
cordantias.Ex his habes nouā inſtructionē ad
quē ſit appellandū extra iudiciū qñ actor ꝛ re⁹
ſunt diuerſi fori:nec al's inueſtigaui.In iudicio
vero ſemp eſt appellandū ad ſuperiorē tribuna
lis a quo appellaṫ.vt in.c.romana.§.debet.ꝛ qḋ
10 ibi no.e.ti.li.vj.❡†Sexto no.ꝙ interdictū pōt
ferri ſub certo modo ita vt eo exiſtente habeat
interdictū vires ſuas:mō vero ceſſante ceſſat ef
fecus interdicti:vñ decanus hic ſubiecit eccleſiā
interdicto ꝗdiu epſ eſſet preſens in ciuitate et
ſic epiſcopo preſente habebit effectum:eo ab
ſente ſuſpenditur effectus:ſecus videtur in excō
municatiōe:q: ſemel excōicat⁹ nūꝗ deſinit eſſe
excōicat⁹ etiā deficiēte modo ſeu cōditione niſi
prius abſoluatur:ꝛ id quod dixi de interdicto
habet locum in ſuſpenſione:vide ad vtrūꝗ bo.
tex,cū gl.no.in cle.j.de decimis.ꝛ Inn.in.c.cum
11 bone.de eta.ꝛ quali.❡†No.ſeptimo vnū aliud
dictū quod nō credo alibi ita bene probari neꝗ
audiui al's ad hoc iſtū tex.allegari:ꝙ ꝗuis non
detulerit qs appellatiōi aduerſarij nihilomin⁹
ſi iſte poſtmodū appellat in alio articulo etiā in
eadē cā talis appellatio defendit appellantem
etiaʒ reſpectu aduerſarij cui⁹ appellatiōi noluit
iſti deferre.ꝛ ſingulariter iſte tex.pbat opinionē
quā tenui in.c.an ſit deferēdū.ſ̄.e.cōtra opi.Jo.
an.ꝛ do.Ant.nec allegaui ibi text.iſtū hic eñ vt
aperte colligiṫ ex tex.decanus nō detulit legiti
me appellationi epi ꝛ tñ appellatio ſua poſtmo
dū interpoſita i alio articulo eiuſdē cauſe nedū
defendit ipm appellātē reſpectu officialis a quo
appellaṫ:ꝛ qui detulit appellationi ſue:ſʒ reſpe
ctu epi qui appellationē ſuā non approbauit:ꝛ
intātū valuit appellatio decani vt impediret va
liditatē excōicatiōis late p epʒ:ꝛ ſic epſ tenebiṫ
hoc deferre app.decani interpoſite in alio arti
culo eiuſdē cāe lʒ decan⁹ nō detuliſſet prius ap
pellationi epi:ꝛ hoc ſemp no.q: facio de hoc di
cto maximū feſtū.❡Octauo no.qḋ ſnīa interdi
cti pōt ſuſpēdi p iudicē interdicētē ꝛ ꝙ appella
tio tpe ſuſpenſiōis interpoſita opaṫ dilationem
ſuſpēſiōis in euētu appellatiōis:ꝛ videṫ hic ca
ſus expſſus in ver.nō obſtāte.p opi.Jo.an.in.c.
12 ad hoc.ſ̄.e.ti.ꝛ.j.aliqd dicā.❡†No.in verſi.offi
a cialis ꝙ iudex[a] ſemel deferēs appellatiōi nō pōt
amplius penitere ꝛ reaſſumere in ſe cām q: iu
riſditio eſt trāſfuſa in ſupiorē.vt in.c.cū appella
tionibus.e.tit.li.vj.vnde nō valet pceſſus etiam
al's legitime fact⁹ p iſtū iudicē q detulit appella
tioni.❡Not.cōſequēter ꝙ turbās diuinum offi
13 ciū pōt excōicari.❡†Itē not.ꝙ vbi appellatio
extraiudicialis interponiṫ ex pbabili ꝛ veriſimi
li cā ſcʒ a iure approbata reuocanṫ oīa in⁹ cōtra
riū poſtmodū attētata:lʒ alias non probetur ve
ritas cauſe vt hic eſt tex.notabilis ꝛ plene exa
minat Inn.Nā papa nō mādauit pri⁹ iqri vtrū
iſte pſbyter ſpectaret ad iuriſditionem decani
vel epi ſed immediate pnūtiauit interdictū nul
lum tanꝗ interpoſitū poſt appellationē legiti
14 mā,ꝙ bene not.❡†Itē not.aliud pulcherrimū
dictū ꝙ attētatū poſt appellationē extraiudicia
lē eſt nullū non ſolū qñ appellaṫ extra iudiciū
ab aliquo vt a iudice ſed etiā qñ appellatur ab
aliquo vt a parte que poſſit attētare aliquid in
iniuriā appellātis,qḋ de directo eſt contra not.
p do.Ant.in.c.cōſuluit.ſ̄.e.ꝛ ibi dixi.nā hic epſ
appellanit a decano nō tāꝗ a iudice ſuo cū eſſet
ſibi ſubdit⁹ ſed appellauit ab eo ne ptextu cōſue
tudinis iniuſte ſubijceret eccleſiā interdicto ꝛ vi
gore appellatiōis interdictū iudicatur hic irri
15 tum.❡†Vltimo no.ex fine litere ꝙ denūtiatio
ni ſupioris denūtiātis aliquē excōicatū ꝛ vitan
dum nō eſt obtemperādū ſi probabiliter cōſtat
veritatē eſſe in cōtrariū,vt puta q: fuit excōica
16 tus poſt appellationē legitimā.❡†Ex quo no.
duo.primo ꝙ ſola denuntiatio excōicatiōis nō
probat quē eſſe excōicatū vt hic,ꝛ qḋ nō teneṫ
ſubditi obtēperare plato denuntiāti excommu

[a] ☞Sebaſti.Sapia. ❡Quod iudex. Quando hoc p cedat.vid Alex. in.l.ꝙ iuſſit.col. pe.ff.de re iud.ꝛ in conſi.lxx.inci. videṫ prima fa cie.co.iij.l.iij.vo. Fe.in.c.qualiter ꝛ quando.j.colū. vij.ver.fallit.iiij. j.de accu.

nicatū poſt appellationē vitandū.vide dominos de Rot.deci.cclvj.
17 hodie vide qḋ habeṫ in.c.ſolet.in fi.de ſen.exc.lib.vj.❡†In glo.ij.ibi
ciuitatē vel eccleſiā ꝛc.Rot.bñ hanc gloſſam ex qua habes ꝙ inferiori
plato citra epm̄ pōt ex cōſuetudine cōpetere ptās interdicēdi nedū
eccleſiā maiorē ſed totā ciuitatē.Poſt.tenet hic cōtrariū reſpectu ci
uitatis adducit no.in.c.cū cōtingat.de fo.cōpe.vbi tractauit nūquid
ea q̄ ſunt meri imperij ꝛ ſupreme poteſtatis poſſunt pſcribi p inferio
rē.ꝛ q: Poſt.ibi tenuit qḋ nō ideo hic ponit opi.iſtā cōtrariam:ſed q:
vt ibi dico cōmunis opi.legiſtarum ꝛ canoniſtarū eſt in contrariū.fa
18 cit qḋ no.Jo.an.in.d.c.ſi epſ.ꝛ mihi hoc dictū gl.placet.❡†Alij in
telligūt hūc tex.vt loquaṫ in ceſſatiōe a diuinis.Nā differentia eſt in
ter ceſſationē a diuinis ꝛ ſniam interdicti.Nam ceſſatio a diuinis eſt
qḋ facti:nō eñ aliud eſt ꝙ ſuſpēdere organa miniſtrorū vt ibi nō ce
lebrent.Sētētia vero interdicti eſt quid iuris:vnde ſupponiṫ ille lo
cus interdicto.ita qḋ ibi celebrās ꝗtūcūꝗ forēſis incurret irregula
ritatē:q: celebrat in loco interdicto:vt in.c.is qui.de ſentē.excō.lib.vj.
ſecus aūt qñ clerici deliberāt inducere ceſſationē q: tūc celebrans ibi
nō efficiṫ irregularis tanꝗ nō celebrās in loco interdicto.hoc notan
19 ter voluerūt doc.in.c.irrefragabili.prealleg.ꝛ hic.❡†Dubiū tñ re
manet qḋ ſi ceſſatio a diuinis eſt generalis puta reſpectu toti⁹ ciuita
tis nunqd ibi celebrās efficiaṫ irregularis.Jo.an.tangēs in.c.ſi cano
nici.de offi.or.lib.vj.cōcludit ꝙ ſic:q: talis ceſſatio generalis epuipa
raṫ interdicto.p cle.j.de ſen.exc.ſed do.Ant.dicit hic ſub dubio forte
ꝙ ex toto nō pcedit illa eqparatio:ꝛ hoc ego veri⁹ putarē ꝙ celebrās
20 in ceſſatiōe gnāli nō efficiaṫ irregularis.❡†Regl'a eſt vt nunꝗ qs
incurrat irregularitatē niſi in caſibus iure expreſſis.vt in.d.c.is q.ſed
iure nō caueṫ niſi de celebratione in loco interdicto.Nec obſ.illa cle.j.
q̄ facit equiparationē tm̄ in illo caſu:ꝛ pene nō debēt extēdi vt in re
gula odia,ꝛ regula in penis.de reg.iu.lib.vj.Mihi tamē plus placet
vt hoc.c.loquaṫ in vero interdicto per tex.in ver.q: vero.vbi iterponi
tur verba pape ꝛ ſemp papa appellauit ſententiā interdicti.Itē ceſ
ſatio a diuinis eſt quid facti:ideo nō cadit illud verbū irritā poſitū:ꝛ
illud verbū inanē ꝛc.Itē appellatio hic habuit ſuſpēdere interdictū
21 quod non faceret in ceſſatione cū illa ſit quid facti.❡Ea eñ que cō
ſiſtunt in facto nō ſuſpēdūtur p appellationē:ſed opus eſt contrario
facto.arg.in regula.j.de reg.iur.ꝛ in.l.nihil tam naturale.ff.de re.iur.
❡In gl.ij.in fi.aduerte ꝙ hoc dictū eſt cōtra deciſionē.c.nā ſi verum
eſſet dictū gl.appellatio epi nō fuiſſet legitima:cui⁹ cōtrariū hic dici
tur.Sed dic ꝙ glo.voluit ponere rationē que potuit mouere iſtum
decanum ad nō deferendū appellatiōi epi:q: adhuc tenebat pſbyterū
in vinculis.Ratio decidendi in cōtrariū ſumiṫ.ex gl.in verbo diuer
ſos.nā lʒ eēt notoriū epm̄ detinere pſbyterū nō tñ erat notoriū qḋ in
22 iuſte detineret:iō habebat ius cōe pro ſe.❡†In gl.in verbo ſuſpen
dendū.in fi.Hec gl.multū intricate pcedit:ꝛ ideo dubitauit de deci
ſione queſtionis ꝛ nō fuit auſa firmare pedes:ꝛ idē fecit in.c.ad hoc.
ſ̄.eo.Et de materia dic vt plene dictū fuit:tñ iſte tex.vt.ſ̄.dixi multū
viget me ad tenēdū opi.Jo.an.in.d.c.ad hec.vbi dixi qḋ ſententia iter
dicti pōt ſuſpēdi ab ipſo interdicēte ꝛ ꝙ appellatio medio tpe inter
poſita differt ſuſpēſionē in euētu appellatiōis.Et ꝗꝗ Jo.cal.ibi te
neat cōtrariū in hoc vltimo ꝛ placebat mihi ſua opi.ibi,tñ iſte text.
vt dixi multū viget in ſriū in x.nō obſtāte.illa eñ ſunt verba pape,ꝛ
cōfundit decanū allegantē ſuſpēſionē ꝛ executionē ſuā:ꝛ dicit Jo.di
lig.hic eſſe caſum nec loquiṫ de ceſſatione a diuinis vt qdā volūt:ſʒ
23 de vero interdicto vt colligiṫ ex ver.q: vero.❡†No.tñ glo.in fin.ꝙ
inferior citra papā nō pōt ſuſpēdere ſniam excōicatiōis,ſʒ papa ſic
intelligo pcedere in papa reſpectu eorū que inſunt ſnīe excōicatiōis
de iure poſitiuo quo ad ea videlicet q̄ cōcernūt illā eccleſiā militātē
nō aūt ad ea q̄ concernūt eccleſiā triumphātem ad hoc.c.a nobis.de
ſen.exc.ꝛ vide gl.ſing.in.c.quodcūꝗ.xxiiij.q.j.que dicit iudicē eccle
ſiaſticū nullā vim poteſtatis exercere ferendo ſentētiā cēſure quo ad
eccleſiā triūphātē,q: ſi qs deliquit immediate excōicatus eſt quo ad
deū.ſi nō deliquit nō pōt ſeparari a gratia dei per ſententiā iudicis.
vt in.c.cū eterni.de re iud.li.vj.❡In gl.in ver.deferendum.in fi.glo.
male refert factum,nā ſi officialis prius nuntiaſſet interdictū nullū
valuiſſet proceſſus,ſed prius detulit appellatiōi ꝛ poſtea pnuntia
uit quod facere non potuit cum per dilationem eſſet ab eo abdicata
24 iuriſditio.vt in.d.c.cum appellationibus.❡†In gl.penul.in fin.Jo.
an.ꝛ cōmuniter doc.ſequētes dicunt ꝙ licet appellatio decani fuiſ
ſet min⁹ legitima tamen ex quo iudex detulit illi non debuit pcedi
contra ipſum per.d.c.cum appellationibus.Hec ratio mihi nō pla
cet,quoniam licet delatio iudicis minus legitima habeat ligare ma
nus ipſius iudicis deferentis non tñ potuit ligare man⁹ epi qui non
detulit.Si ergo appellatio decani fuiſſet minus legitima valuiſſet ex
communicatio lata per epiſcopum.vt in.c.licet.de ſententia excōmu
nicationis libro ſexto.Ideo placet mihi dictū gl.qḋ appellatio de
